UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK

universität wien

Strada, Jacobus

A. A. A. NvmismatΩn Antiqvor ΔΙΑΣΚΕΥΗ

[3]

1550

eod books2ebooks.eu

digitalisiert an der Universitätsbibliothek Wien

digitised at Vienna University Library

books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!

European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

How to order an EOD eBook?

eod digital on request

Whereever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need. A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

Print

Print out the whole book or only some pages.

Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.

Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

Advanced EOD eBook - How to use

Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. “Habsburg” is being searched for in this example. The finding is highlighted.

Copy & Paste Text



Click on the "Select Tool" in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

Copy & Paste Images

If you want to copy and paste an image, use the "Snapshot Tool" from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.
Terms and Conditions in English: http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html
Terms and Conditions in German: http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html

More eBooks

More eBooks are available at http://books2ebooks.eu

Universitäts-Bibliothek Wien
III
160898
3

Manuscripta
483
3

INDEX.

Drusus. fol. 204.
Antonia. uxor. fol. 211. *
Tiberius. fol. 214.
Vipsania Agrippina. } uxores. fol. 247. *
Julia, Augusti filia. } uxores. fol. eod.
Germanicus. fol. 249.
Agrippina. fol. 254. *
Ahenobarbus. fol. 257.
Caligula. fol. 259.
Junia Claudilla
Livia Horestilla
Lollia Paulina } uxores. fol. 273. *
Cæsonia.
Ennia Nævia, concubina. fol. eod. *
Drusilla, soror, uxoris loco. fol. eod. *
Agrippina, & Julia, Sorores uitiatæ fol. eod. *
Claudius. fol. 278.
Æmilia Lepida.
Livia Medullina Camilla } uxores fol. 305. *
Plautia Herculanilla.
Aelia Paetina.
Valeria Messalina. } uxores. fol. 306?
Agrippina Augusta. } uxores. fol. 307.
M. Furius Camillus Scribonianus Tyran. fol. 309. *
Nero. fol. 312.
Octauia Augusta. } * uxores. fol. 374.
Poppæa Sabina } uxores.
C. Julius Vindex, Tyrannus. fol. 378. *
Galba. fol. 377.
Æmilia Lepida, uxor. fol. 397. *
L. Calpurnius, à Galba adoptatus. fol. 397. *
Otho. fol. 398.
Poppæa. fol. 402. *
Vitellius.

Vitellius. fol. 404.

Petronia. } uxores. fol. 421. *
Galeria Fundania. }

Vespasianus. fol. 422.

Fl. Domitilla. uxor. fol. 496. *
Caenis. concubina. fol. eod. *

Ti. Claudius Civilis. }
. . . . . Classicus. }
C. Julius Tutor. } Tyranni. fol. 496. *
C. Jul. Sabinus Cæs. }
Epponina, Sabini. }

Titus Vespasianus. fol. 498.

Arricidia. } uxores. fol. 549. *
Marcia Furnilla }

Domitianus. fol. 550.

Domitia Longina. uxor. fol. 632.
Julia, Titi F. uxoris loco. fol. 640.
L. Antonius, Tyrannus. fol. 642. *

BIBLIOTH. VNIVERSIT. VINDOBONENSIS.

III

160.898/[3]

Drusi Aenea Numismata.

In una parte.

1. Literas reperio in circulum digestas. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N. PONT. TR. POT. II, in medio. S-C.

In altera.

Copiæ cornua duo imis partibus ita con-iunguntur, ut medium caduceum sustineant. Horum ex oribus Nero Drususq; fratres, Tib. Neli capitum tenus eminent. Sine vlla inscriptione. Nummum hunc aereum amplum vidimus apud D. Achillem Staphæum Romæ.

In una parte.

2. Drusus Germanicus inornatus cernitur, dextro ore, cum nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.

In altera.

Eques Imp. probè armatus, thoracatus, paludamento volitante, ad lævam viâ citato pergit equo: (quem signifer præit scutatus, sequiturq; celeri passu labariifer armatus) dextra hastam librans. infrà. DECVRSIO. S.C. Nummum eu aereum vidisse me recordor apud Julii Romanum Mantuæ, eumq; amplum.

In una parte.

3. Drusus Germanicus Claudii pater effigiat, dextro

dextro ore, ἀστεφανος, hoc est absq; corona, cum nominis epigraphè. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.

In altera.

Tiberij Claudij statua uictoris, trabea insignis, sedentis in curuli sella, dextra lauream tenentis, altera in gremium demissa, securè quiescentis instar. Circa quem plurima Germanorum arma & spolia respersa adparent; inter Triumphatoris autem pedes, sceptrum. Circum. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. infrà. S. C. Nummum eum æreũ habet Romæ ostendere D. Antonius Augustinus: egoq; domi non refragabor alium persimilem, nisi quòd in aduersa parte post cephaliton sigillum est Duumuiri monetalis. N. C. A. P. R.

In una parte.

4. Drusus uidetur nudato capite, dextra facie, cum nominis elogio. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N.

In altera.

Salus dea tunicata, patagiata, in sella sedens eburnea, una manu patinam tenet, supra aram, ad cibandum anguem, altẽ caput exerentem, læua in spondam sedis impressa. infrà. S. C. Circum. CO. . . . Nummum eum æneũ ego domi habeo.

In una

In una parte.

5. Drusus, sine ulla corona, ad lævam intuens, tecto pectore, cum hac inscriptionis, quæ extat, particula . . . . CLAVDIVS . . . .

In altera.

Nero et Octavia, sibi mutuo oppositi, hic in sinistris aperto capite, cum Solis signo supra caput apposito, illa in dextris capillo decenter compto, tutulata, velatoq; pectore, lunæ ad occiput additæ assimilata. Inscriptio est hæc. NERO CLAV. CAESAR IMP. ET OCTAVIA AVG. F. Hunc æreum nummum apud Patriarcham Grimanum Venetum vidimus, mediocriter amplum.

In una parte.

6. Drusus cernitur incoronatus, dextro ore, cū nominis epigraphe. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N.

In altera.

Litera duos in circulos digestæ, quod in nullo numismate animaduertere mihi licuit, ut superiores maiores sint, minores verò inferiores. IMP. CAES. DIVI VESP. F. AVG. P. M. TR. P. . . . COS. VIII. RESTITVIT. in medio. S. C. Nummum hunc æreū apud me domi servo.

In una parte.

7. Drusus effigiatur aperto capite, dextrorsum respiciens, cum nominis cōmendatione. DRVSVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N.

In altera.

In altera.

Titulus cum superioribus literis continuatur, PONTIF. TRIBVN. POTEST. ITER. in medio. S.C. Nummum eum æneum uidere apud me liberum est.

In una parte.

8. Drusus Germanicus uidetur, laureatus, dextro obtutu, cum nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.

In altera.

Fornix dypilos, Germanicis spolijs refertus, druso erectus. Supra cuius fastigium eius statua cernitur equestris, thoracata, paludamento uolitante, ad læuam celeriter decurrens, dextra hastam tenens. In duobus angulis trophæa conspiciuntur. In frontispicio legitur. DE GERM. Nummũ hunc æneum exiguum domi meæ habeo.

In una parte.

9. Superficies circulari literarum ordine signata. DRVSVS CAESAR TI. AVGVSTI F. TR. POT. ITER.

In altera.

Pietas repræsentata, sub imagine Vestalis uirginis, peruenustæ, tutulatæ, ricã gestantis capite sacris faciundis, læuo obtutu, tecto pectore, infra collum. PIETAS. Nummum hunc æneum uidi apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una

In una parte.

10. Drusus depingitur, sinistra facie, ornatus, laeuo humero summam togae laciniam iniectam habens, retroqȝ sceptrum. Inscriptionis frustum adhuc extat. NERO CLAVD.

In altera.

Nero et Octauia, mutuo sese intuentes, Soli Lunaeqȝ se comparauerunt, quos frontibus gestant. Illa est autem uelato pectore, hic autem aperto capite. Inscriptio huiusmodi uidetur. TI. NERO CLAVD. CAES. AVG. IMP. OCTAVIA. Hic nummus aeneus mediocris Bononiae ab S. . . . . Achillino nobis ostensus est.

In una parte.

11. Drusus uidetur aperto capite, togatus, dextrorsum obtuens. Inscriptio corrosa fuit.

In altera.

Ara quadrangula, sertis obuincta. Cuius in media mensa nostra stat: ad quam serpens erepere uelle uidetur à basi. Inscriptio. NERO CLAVD. CAES. AVG. GERM. Nummum hunc aeneum mediocrem sum conspicatus Lugduni apud D. Guilielmum Cauchium.

Drusi Argentea.

In una parte.

1. Drusus videtur, mornatus, sinistrorsum intuens, aperto collo, cum longa nomenclatura honoris. NER. CAES. CLAVDIO DRVSO GERM. COS. DESIGN.

In altera.

Clypeus aureus, Neroni positus, spiculo affixus, tali signatus monumento ad honorem. EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENT. Nummum hunc argenteum Romae apud D. Achillem Maphaeum conspexi.

In una parte.

2. Drusi est imago, ephaebi admodum, ore sinistro, tagata, cum tali notis encomio. NERONI CLAVDIO DRVSO GERMANICO DESIGN.

In altera.

Clypeus impressus est, ille nimirum, quem eius honori equites curiae intulerant: una cum hasta argentea, eum vero aureum. Inscriptio facto consentanea est. EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENT. Nummum hunc argenteum habet Francofordiae D. Hieronymus Aginus.

Drusi

Drusi Aurea.

In una parte.

1. Drusus Germanicus occurrit laurea donatus, dextrorsum obtuens, cum nominis circumscriptione. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP.

In altera.

fornix tetrapilos cernitur, cum supraposita equitis statua victoris, dextra porrecta pacem debellato hoste reportantis. In angulo utroq; opima spolia trophais appensa sunt. frontispicium rem acta comprobat. DE GERMANIS. Nummum hunc aureum mihi apud D. Achillem Maphaeum Romae.

Drusi Aeneum Graec.

In una parte.

1. Drusus est effigiatus, aperto capite, dextro ore, Inscriptio commaculata, effigie tenus ipsum agnouimus.

In altera.

*..... praestanti forma, capillo calamistrato, ad cervicem in modum aurei reuincto, operto pectore, ad laeuam defixis oculis. Inscriptio. .. ΥΟΙΔΙΑΜΚΤΗΡ.. .. Nummulum hunc aeneum domi servo.

ANTONIAE.

ANTONIAE Uxoris Drus. Numismata A. A. A. 93.

In una parte.

1. Antonia effigiatur, capillo leuiter passo, per ceruicem in nodum dependulo, leuo obtutu, tunicata, patagiata, cum nois epigraphe. ANTONIA AVGVSTA. A tergo Duumuir monetalis syngraphum adpressit. N.C. APR. In alio deest sigillum.

In altera.

Claudius Imp. prætextam sacram indutus, obuelato capite, una tenet manu simpulum, altera schædam. Semimde. S—C. circum. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP.

Nummum hunc æneum magnum domi meæ asseruo.

In una parte.

2. Antonia depingitur, leuo obtutu, triticea corona ornata, cum nominis epigraphe. ANTONIA AVGVSTA.

In altera.

Constantia repræsentata, tunicata, patagiata, una manu tenens signum militare, altera cornucopiæ. Inscriptio. CONSTANTIAE AVGVSTAE.

Nummum hunc aureum vidi asseruando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

Antonia

3. Antonia effigiata est, læua facie, capillo leuiter passo, in cincinnis ad ceruicem dependulis, in syncipite adnodato, obtecto pectore, cum nominis epigraphe. ANTONIA AVGVSTA.

In altera.

Claudius sacra ueste, prętexta nimirum Pontificia sacris instaurandis amictus, conuersus stat, una sympullum tenens, altera schædam. Hincinde. S – C. Circum. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR.P. IMP. P.P. Nummum hunc æneum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

TIBERII.

TIBERII. Numismata Aenea.

In una parte.

1. Tiberius uidetur aperto capite, dextra facie, aperto collo, cum nominis epigraphe.

TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR.

In altera.

Templum Augusto à Tiberio dicatum, quod inchoatum fatis concedens finire prohibitus est, à Caligula tamen absolutum). Ex diametro intuentium aspectibus patet, huius uestibulum semis gradibus ascenditur, quos stylobatae duae ab lateribus astructae, paris altitudinis obsepiunt) semis columnis Corinthiacis attollitur. In eo medio Augustum uidemus in stylobate sedente, togatum, dextra munalum, sinistra sceptrum habentem. Tympani fere medio legitur. S. P. Q. R. Cuius exteriori limbo plurimae imagines sunt impositae. Summo in fastigio gratiae nudae sese inuicem amplexantur. Sub illis paulo inferiores hastatae statuae duae. Ex angulis duae infimae, circum uertices in gyrum actis flammeis, quorum lacinias extremas ambabus tenet manibus, ascensura altius uidentur imagunculae. Atqui hic est uestibuli decor. Templum quadrangulum,

& opere,

& opere, & ornamentis haudquaq; inferius. Nam in eius facie anteriori hinc Palladis signum, ac inde Victoriam palmiferam, præmiatricem bonorum, Lauream porrigẽtem stylobatis imposita in amplis fenestris conspicari licet. Coronidis latera imagines duæ occupant. Inscriptionem hic additam nullam comperi, idq; studio Antiquitatis factum reor, quod opus in se laudabile, ac decorum, contrectaturis posteris futurum, uerborum nullatenus commendatione indigere uidebatur, cui prouerbiũ consonat. Vino uendibili non opus ẽẽ suspensa hedera. Illud etiam nos admirati sumus in ære Corinthio percussum amplissimè apud Julium Calestanum Romæ.

In una parte.

2. Liberius habetur aperto capite, intuens ad dextram, cum nominis decoro titulo. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR .V.

In altera.

Mausolæum, seu monumentum Augusti, (eius quanta fuerit amplitudo, quæ Romæ extant fragmenta ad D. Rochi ædem, docent.) Victorijs, Laureis lemniscatis, sculptum, deniq; opus altis duabus colũnis clusum, ac munitum, è queis Virtutum testes duæ Victoriæ Laureas corollas altè attolunt dextris, læuis habent palmas. infrà.

ROM. ET AVG.

ROM. ET. AVG. Ab sinistro latere Triumuir monetalis sigillum tale meudit in aëa formam. N. id est, nobis concessum. Hunc nummum æreum amplum habet Romæ inter Antiquitates suas D. Antonietus Romanus Antiquarius.

In una parte.

3. Tiberius videtur dextro vultu, nullo capitis ornatu, aperto collo, in cuius genam monetarius circulare signum percussit. Circumscriptio. TI. CAESARI. AVG. PO. ORD. COD.

In altera.

Corona civica est expressa, inqz illa templum Jani clusum, cum adscriptione. PACE AVG. PERP. Apud Franciscum Cenierum hic amplus nummus æreus visitur Venetijs.

In una parte.

4. Tiberius cernitur ornatus, lævam respectans, cum inscriptione tali. TI. CAESAR IMP. P.P.

In altera.

Vesta sedet, velata, tunicata, patagiata, in eburnea sella, sinistrorsum intuens, una patinam, altera hastam habens, ante quam retroqz litera hæ videntur. D. P. D.P. Inscriptio. L. A. FAVSTVS PECINVS M.VIR. Hunc nummum æreu magnum

magnum Romæ apud Johannem Metellum uidimus.

In una parte.

5. Tiberius occurit Laurea candidatus, uultu sinistro, cum nominis titulo. TI. CAESAR AVGVST. PATER PATRIAE.

In altera.

Monumenti eadem forma, quæ supra, idem decor, infrà idem gratuitatis signũ. Nummum eum æneum habet Romæ commonstrare D. Antonius Augustinus. At ne toties eandem rem repetendo nauseam tibi pariamus, alium nummum æneum itemà memini me uidisse, in quo in aduersa parte, hæ literæ erant à superioribus differentes. TI. CAESAR AVG. F. PONT. MAX. Alium tali titulo notatum. CAESAR AVGVSTVS DIVI F. PATER PATRIAE.

In una parte.

6. Tiberius habetur læuo obtutu, apertis colle, & capite, cum adscriptione adalta ad occiput. T. AVG.

In altera.

Coloniæ deductæ signum uidere licet. Nam Impp. Tiberius Drususq; germani fratres, sub aratorum typo exprimuntur, ad stiuam aratri positi, quod par bouum sinistrorsum trahit. Neq; inscriptionis ullum signum superfuit. Apud Francis.

Venierus

Verierum hic nummus mediæ amplitudinis uideri à studioso antiquitatum poterit Venetijs.

In una parte.

7. Liberius depingitur ornatus, dextra facie, aperto collo, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERATOR.

In altera.

Pegasus sinistrum carpit iter, Sub cuius utero sunt hæ litera. COR. Nummum hunc æneum magnum nobis Romæ deliniandum Q. Augustinus Antonius commonstrabat.

In una parte.

8. Liberius cernitur Laureatus, Læua facie, cum inscriptione. TI. CAES. DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Taurus prepinguis sinistrum iter carpit, cum inscriptione superiori tali. NVNCIP. inferiore. CASCANTVM. Apud Q. Taueram hic æreus magnus nummus conspiciendus est.

In una parte.

9. Liberius cernitur Laureatus, sinistra facie, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Taurus ad læuam uiam incedit. Supra

eum

cum legitur. CCA. Circum... F CLIO. LEPI-DO. C. AVFIDIO C.F. MEL... aspectus. IIVIR. Nummus iste æneus à me conspectus est apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

10. Tiberius depictus est laurea donatus, cultu dextrorsum conuerso. cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Taurus ad lævam viam pergit, Coloniæ deducendæ typus, quod ex inscriptione colligo. supra. L. FVL. STRABO. ad caudam. M. CL. ante palearia. IIVIR. infrà. L. STERNINO. Nummum hunc æneum memini me vidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

11. Tiberius videtur laureatus, dextra facie, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Corona querna, seu Palatia, cum quatuor literis medijs in eius centro. C.V.T.T. Nummum eum æneum vidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

12. Tiberius cernitur laureatus, læua facie, cum nominis elogio. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

In altera.

Boues subiuges dextrorsum Agricola tunicatus, impressa stiua aratri læua, dextra flagellum habens, agit. Supra animãtia. CC.A. Circum. M. CATO. L.VETTIACVS III.-VIR. Coloniæ deductionalis representatio est. Nummum hunc aureum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

13. Tiberius cernitur aperto capite, ad læuã intuens, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Augustus effigiatur corona Laurea corona-tus, ad læuam obtuens, cum tali titulo. DIVOS AVGVST. DIVI F. Nummum eum aureum conspicatus sum apud... ..... Venetijs.

In una parte.

14. Tiberius cernitur sine ulla capitis ornatu, læuo uultu, togatus tamen, ob cuius os literarum notæ sunt. IT. Inscriptiõis ferè nihil uidetur, cum unicum signũ sit litera ... L.

In altera.

Aquila impressa est, compressis alis dextrorsum itura, cum duabus hinc inde adpressis literis. L — E. Nummum hũc areum magnum Romæ apud D. Antonium Augustinum uidimus.

In una

In una parte.

15. Tiberius habetur laurea insignis, læuo vultu, aperto collo, cum nomine adiecto. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Taurus sinistrorsum pergit. Supra cuius tergum litera sunt. C.C.A. Inscriptio nonnihil corrupta est. .... CLIO LEPIDO C. AVFIDIO GEMELLO. Nummum eũ æneum magnum apud D. Antonium Augustinum Romæ conspeximus.

In una parte.

16. Statera æquilibris iterum ponderandæ pecuniæ eadem ut proximè descripta est, nisi quòd hìc manus læua sit, illìc dextra. Titulus paulùm differt, nam annum excedit numerus. PON. M. TR. P. IMP. COS. II. in medio. S.C. Nummum æneum istum videre licebit apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

17. Tiberius cernitur laureatus, dextrorsum intuens, detecto collo, cum tali epigraphe. IMP. CAES. D. AVG. F. AVG. GERM. COS. V.

In altera.

Suggestus latus, quadrangularis extructus est. In eo Imperatorem stantem armatum, paludatumq; alteram altè attollentem, ac si colloqueretur in concionem vocata

uocatæ multitudini, altera in parazonium impressa, rostro stans grata, beneficiorumq; memor colonia laurea donat corona. In fronte legitur suggesti. DIVVS AVGVST. Circum. COL. AVGVST. LIB. P. Nummum hunc æneum mediocrem uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

18. Tiberius conspicitur, læuo aspectu, aperto capite, nudoq; collo, cum adscriptione exigua syncipiti addita. IMP. V.

In altera.

Nummi superficies literis signatur, absq; ulla icone. CIC. - FS PDVS. IIV. Centro autem impressæ sunt aliæ quatuor. P.P. D.D. Nummum hunc æneum magnum Romæ apud D. Antonium Augustinum uidi.

In una parte.

19. Tiberius Cæsar effigiatur læuo obtutu, aperto capite, cum nominis titulo. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VII.

In altera.

Anaglyphæ, egregiè elaboratum. Cuius in Centro imago est Clementiæ Deæ, contra spectantem uicissim intuentis, ad pectus expressæ. Hinc inde. S-C. Circum. CLEMENTIAE. Nummum hunc æneum Romæ uidi apud D. Antonium Augustinum.

In una

In una parte.

20. Tiberius laureatus cernitur, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR AVGVSTI F. IMPERAT. VII.

In altera.

Mausolæum idem, quale superius descripsimus, nisi quòd hic sigillum non addidit Triumuir monetis cudendis. Subscriptio eadem, signa eadem, ornatus idem, Nummum hunc æneum mediocri amplitudine habet inter suas Antiquitates D. Ant. Augustinus Romæ.

In una parte.

21. Tiberius cernitur laureatus, dextro uultu, cum inscriptione. TI. CLAVD. DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.

In altera.

Clypeus rotundus, qui centro impressam habet humanam effigiem, ouulis deinde ac frondibus ornatus. Superscriptio. MODERATIO. hincinde. S-C. Apud Sebastianum Erizum est hic nummus mediocris ex ære Corinthio Venetijs.

In una parte.

22. Tiberius depingitur, dextro uultu, inornatus, cum nominis sui superscriptione. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Vestam sedentem in sella, uittatam, stolatam, dextra

dextra in genu immissa patinam, sinistra hastile tenentem, habes. Hincinde sunt literæ hæ. D.P – D.P. Circumscriptio est difficilis. C. RVFVS ECC VIBMARSO PR. COS. DR CAEQ R P. Hunc æneum magnum Romæ apud D. Taueram uidimus.

In una parte.

23. Tiberius uidetur lauro coronatus, dextro ore, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.

In altera.

Scutum, ceu patera aurea affabrefacta, in qua media, in serto frondeo, Clemẽtiæ deæ simulachrum est, ad nos conuersum, pectore tenus effigiatum. Hincinde. S–C. Circum. CLEMENTIAE. Nummum hunc æneum magnum ex ære Corinthio domi meæ habeo.

In una parte.

24. Tiberius cernitur laureatus, læua facie; cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Imp. simulachrum sedens in sella curuli, ad læuam intentius, dextra tenens sũmam hastam, læua lauri ramum. Hincinde per circuitum. PONTIF. MAXIM. Nummulum eum argenteum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una

In una parte.

25. Tiberius uidetur Laurea canalibatus, aspecto sinistro, pectore aperto, aduerso, cū inscriptione. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG.

In altera.

Vesta est imago stolata, uelato capite, in sella sedens eburnea, subiecto pedibus scabellō, conspicitur, dextra protensiore pateram habens, sinistra hastāle. Inscriptiō. PONT. MAX. TR. P. Hunc nummum aereum mediocrem habet Petrus Rames Hispan. Venetijs.

In una parte.

26. Tiberius adest incoronatus, dextro uultu, cum plena circumscriptione. TI. CAESAR DIVI AVGVSTI F. AVGVSTVS P.M.

In altera.

Nero et Drusus Tiberij filij effigiati, mutuum se proximè intuentur. Circumscriptiō. C. NERO ET DRVSVS CAESARES QVINQ. C. VIN. Et Dominus Antonius Augustinus Legit. PRINC. IVVEN. Hunc nummum aeneum uidere apud me domi licebit.

In una parte.

27. Tiberius cernitur incoronatus, dextro ore, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR AVGVST. F. IMPERAT. V.

In altera.

Quæ

Quæ per superficiem excusa sunt literæ, ad superiorum seriem pertinent. PONTIF. EX. TRIBVN. POTESTATE XII. in medio. S.C. Nummum hunc æneum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

28. Tiberius cernitur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Triumphali curru quadrijugorum equorũ, Imp. corona aurea decorus, tunicam palmatam, togãq; pictam indutus, una lauri tenens ramum, altera sceptrum Aquilatum, ad læuam uiam inuehitur. infrà. TRP. VII. Circum. TR. POT. XVI. Nummum eum æneum uidi aliquando apud Dñm Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

29. Tiberius depingitur Laurea coronatus, dextrorsum obtuens, cum nominis titulo. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. IMP. - -

In altera.

Vesta tutulata, tunicata, patagiata, sedens in eburnea sella, ad sinistram partem inclinatior, una patinam tenet, altera scipionem. Finicinde. S-C. Circum. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XVII. Nummus hic æneus apud D. Antonium Augustinum Romæ uidetur.

In una

In una parte.

30. Tiberius depingitur aperto capite, ad dextrã conuerso uultu, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.

In altera.

Literarum cum superioribus continuata series, per ambitum. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXII. in medio. S.C. Supra dictas eas literas globus adparet. infrà punctus. Summum eum aeneum mediocrem uidi Romae apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

31. Tiberius effigiatur Laureatus, dextro uultu, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Caduceum inter copiae cornua imis sui partibus transuersim coniunctis reperitur. Circumscriptio. PONT. MAXIM. COS. III. IMP. VII. TR. POTEST. XXII. Summum hùc aeneum ego apud me domi seruo.

In una parte.

32. Titulus Imp. in superficie notatus huiusmodi legitur. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXIIII.

In altera.

Justitia effigiatur: sub aspectu uenusta forma uirginis, laeuo, tutulo affabrefacto insignis,

insignis, retiolo aureo decorae, capillo mirè compto, contecto pectore. infra huius collum legitur. IVSTITIA. Nummum hunc æneum satis elegantem habet Roma D. Antonius Augustinus.

In una parte.

33. Tiberius uidetur incoronatus, dextro ore, cum nominis commendatione. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.

In altera.

Superficies literis ad superiorum ordinem pertinentibus signata. PONT. MAX. TRIBVN. POTEST. XXIIII. in medio. S.C. Nummũ hunc æneum magnum apud me domi habeo, huicq; similem apud D. Antonium Augustinum Romæ uidi.

In una parte.

34. Tiberij adparet facies, laureata, sæuo aspectu, aperto collo, cum nominis epigraphe: TI. CAESAR. AVG. TR. P. XXII.

In altera.

Corona laurea, in qua media sunt literæ. S.C. Nummum hunc æneum uidi Norimbergæ apud D. Georgium Lanalerũ LL. Doctorem.

In una parte.

35. Literarum monumentum habetur tale. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M. TR. POT. XXIIII. in medio. S.C.

In altera.

In altera.

Tiberius trabeatus, in Curuli sella sedens, Aulæis strata, scabello pedibus subiecto. (deitatis id nota est) una patinam demittit, porrigentis instar, altera summam hastam tenet. Eam statuam Asiæ ciuitates terræ motu partim concussæ, partim dirutæ ab Tib. restauratæ, memores posuerunt, ut circumscriptio probat. CIVITATIBVS ASIAE RESTITVTIS. Hic nummus æneus Romæ est apud dominum Achillem Maphæum.

In una parte.

36. Titulum solum reperio, in circuli formam descriptum. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXIIII. in medio. S. C.

In altera.

Augustus cælo iam positus, Dijs similis, irradiatus, habitu pelliccido, in solio alto sedet, scabello pedibus fulcitus, (apud quem Templum Jani positum) dextra porrecta ramum tenet oliuæ, pacis cultor, dextra summam hastam. Circumscriptio. DIVVS AVGVSTVS PATER. Nummum hunc æneum prægrandem Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium sum conspicatus.

In una parte.

37. Literæ duntaxat per circulum leguntur.

TI. CAESAR

TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M. TR. POT. XXVIII. in medio. S. C.

In altera.

Salus repræsentatur, uenusto aspectu, læui, capillo uariè compto, ad sinciput in nodum aureum religato, obuelato pectore, infra collum. SALVS AVGVSTA. Numus hunc aeneum conspexisse me recordor apud Antonium Augustinum, & Antonietum Romanum Antiquarium Romæ.

In una parte:

38. Per nummi superficiem tale literarum monumentum lego. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M. TR. POT. XXVIIII. in medio. S. C.

In altera.

Carpentum affabrefactum, iubilantium formis ornatum, contectum, ita, ut Caryatides quatuor tecti angulos suppositæ sustentent: à mulabus tractum duabus: Iuliæ memoriæ, & honori Circensib. decretum, ut superscriptio insinuat. S. P. Q. R. IVLIAE AVGVST. Nummum eum aneū & amplum uidi aliquando Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

39. Per superficiem aeris lego dedicatoris nomē. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXVI. in medio. S. C.

In altera.

In altera.

Templum longè ornatissimum, columnis quamplurimis, & gradibus extructum: statuis per tympanum collocatis spectabile, & signis militaribus. Augusto inter alios relato ædificatum, ab ipso est Tiberio. Quo medio Jouis sedentis in stylobate est simulachrum. In uestibulo statuæ aliæ in stylobatis positæ. Aug. ac Liuiæ. Vide alibi copiosius inter aversa Tiberij. Nummum hunc æneum peramplum uidimus Romæ, apud Antonium Romanum Antiquarium.

In una parte.

40. Per superficiem aris est literarum monumentum. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIIII. in medio. S.C.

In altera.

Curru alto, Victoriarum notis circumcirca signato, elephantorum quatuor, summo in tabulato sedens in sella curuli Augustus irradiatus, in pijs adscriptus, dextra porrecta tenens lauri ramum, læua hastam, ad dextram inuehitur. Beluis adaliti sui singulis singuli rectores. Consecrationis hic typus est, ut ex suprascriptione patet. DIVO AVGVSTO. S. P. Q. R. Nummum eum æneum habet Romæ Antonietus Antiquarius Romanus, secundum ei similem ego domi commonstrare possum.

In una

232.

In una parte.

41. Tiberius obuius est dextro ore, laurea candidatus, cum nominis elogio. TI. CAESAR DIVI AVG. F. IMP. VIII.

In altera.

Caduceum erectum, cum lateralibus lris. S-C. Circum. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVI. Nummum hunc aeneum Romae habet D. Antonius Augustinus, similemq; ego domi meae seruo.

In una parte.

42. Corona querna, cum monumento elogij, OB CIVES SER. in media ea descripti à duobus Capricornis caelestibus, altero in dextrum, altero in sinistrum cælum mitente, ita inter se coniunctis, ut inter caudas implicitas orbem habeant, ueluti sustentatur. In superficie praterea Inscriptio est. DIVO AVGVSTO. S.P.Q.R.

In altera

Litera in superficiem circumscriptae. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M.TR.POT. XXXVII. in medio. S.C. Nummum hunc aeneum magnum ex ære Corinthio habet in bonis suis Augustae Vindelicorum D. Joannes Jacobus Fuccherus.

In una parte.

43. Titulum lego per oris circularem margenem extremum. TI. CAESAR DIVI AVG.F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. in medio. S.C.

In altera.

In altera.

Currus altus, Victoriarum signis undiq; signatus, & sculptus, quadrijugorum equorũ ad læuam pertrahentium, Augusto fatus à Tiberio: Circensibus decretus. Nec hic ullæ literæ. Nummum eum æneum Antonietus Romanus Antiquarius mihi commonstrauit Romæ.

In una parte.

44. Per superficialem circulum legitur. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG... TR. POT. XXXVII.

In altera.

Templum Augusti, quod Tiberius ei defuncto Nolæ dedicauit, uariè ornatissimum, ut proximè descripsimus. Nummum hũc æneum satis magnum Romę comonstrabit D. Antonius Augustinus.

In una parte.

45. Tiberius uidetur laurea donatus, dextra facie, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.

In altera.

Clauus globo adpressus, Monarchiam designat. infrà minor est globulus. Hincinde. S-C. Circum. PONTIF. MAX. TR. POT. XXXVII. Nummum eum æneum uidi aliquando apud Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

Titulus

46. Titulus in circulum redactus legitur. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. in medio. S. C.

In altera.

Currus affabrefactus, uarijs deuictarum gentium spolijs adsculptus, quatuor elephantorũ, ad dextram uiam pertrahentium Augusti simulachrum, numinis loco. Animantibus rectores singuli insident. Suprà. DIVO AVGVSTO. S. P. Q. R. Nummum eum æneum grandem ego habeo domi meæ, similem Romæ conspicatus apud Antonietũ Romanum Antiquarium.

In una parte.

47. Titulus in circulum redactus huiusmodi. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXVII. in medio. S. C.

In altera.

Carpentum latum perelaboratum, à supiori diuersum nonnihil, cum tectum non ita longum, uerum amplius sit. In illius latere duo signa iubili, hic unica figura gesticulatur. Caryatides hic sublatis manibus, pariter tectum sustinent. Mulæ hic eædem phaleratæ, ad læuam uiam currum trahunt. Cum Tiberius matris suæ Liuiæ nomini conseruandũ et honori Circensia ad spectacula addidit. Circum. DIVAE IVLIAE AVG. DIVI PIAE.

infrà.

infrà. S. P. Q. R. Nummum hunc æneū perlatum Antonietus Romanus nobis ostendit.

In una parte.

48. Tiberius cernitur laurea coronatus, ad dextram intuens, cum tali epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. IMP. VIII.

In altera.

Caduceus in medio ære impressus est, cum hinc inde. S – C. circum. PONTIF. MAXIM. TRIBVN. POTEST. XXXVII. (in alio. XXXIX.) Nummum hunc æneum mediocrem memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

49. Tiberius Cæsar Laureatus, ad Lævam obtuens, deprehenditur, cum hac inscriptione. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. P. M. TR. POT. XXXIX. in medio. S. C.

In altera.

Curru quatuor elephantorum, quorum singulis suus quisq; rector insidet, cum stimulo, uehitur dextrorsum, in solio eburneo sedens Imp. auream gestans coronam capite, palmata tunica, togaq; picta insignis. Inscriptio. DIVO AVGVSTO. S. P. Q. R. Hic nummus æneus mihi ūisus est Venetiis apud Rm. Patriarch. D. Grimanum.

In una

In una parte.

50. Superficies aeris talem habet titulum gratidealicatoris. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIX. in medio. S. C.

In altera.

Currus iterum deformatus, quem (ut suprà proximè depinximus) Augusti memoriæ consecrauit Circensibus ludicris Tiberius. Nummum eum aeneum D. Antonius Augustinus, & Antonietus Romanus Antiquarius, ambo Romæ commonstrarùt.

In una parte.

51 Litera per ambitum nummi impressæ. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P. M. TR. POT. XXXIX. in medio. S. C.

In altera.

Currus idem ille Augusto (cuius in scæna simulachrum deo simile sedet) uita functo factus, ad nominis memoriam sempiternam Circensibus datus, elephantorum quatuor, cum totidem rectoribus: ut ex suprapositis colligitur literis. DIVO AVGVSTO. S. P. Q. R. Nummum eum aeneum amplum D. Antonius Augustinus Romæ possidet, persimilem ego alibi demi.

In una parte.

52. Tiberius occurrit laureatus, dextrorsum obtuens, cum nominis titulo. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IM. VIII.

In altera.

P.

In altera.

Cauus globo affigitur, Monarchiæ signum est. Ab utroq; latere. S. C. Circum. PONTIF. MAX. TR. POT. XXXIIX. Nummum hunc æneū mediocrem ego & D. Antonius Augustinus habemus.

In una parte.

53. Tiberius depingitur dextro obtutu, aperto capite, cum nominis circumscriptione. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. IMP. VIII.

In altera.

Titulus solus per superficiem legitur. IMP. CAES. DIVI VESP. F. AVG. REST. in medio. S. C. Nummum eum æneum mediocre ego domi sum commonstraturus.

In una parte.

54. Tiberius prodit laureatus, dextra facie, cū nominis commendatione. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVG. GERM.

In altera.

Cadaceum erectum est, in quo inter anguiū gyros, hinc inde ternæ sunt defixæ spicæ triticeæ. Inscriptio. PONTIF. MAXIM. TR. POTES. P.P. IMP. XXXV. Nummum hunc æneum domi meæ sum ostensurus.

In una parte.

55. Literarum series in superficie fuit huiusmodi. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M. TR. POT. XXXVI. in medio. S.C.

In altera.

In altera.

Templum Isidis et Serapidis sphæricum hexapilon, structura et opere præstantissimo. Huius utrunqꝫ latus aluæ columnæ crassiores cludunt, in quarum summitatibus ænei Tauri sunt collocati. Inscriptio nulla fuit. Nummum hunc æneum domi meæ habeo.

In una parte.

56. Iconem muliebrem repperi, corona turrita insignem, læua facie; obtecto pectore; retro eam in columna Lego. I. O. M. Circum. ALEX. TRO.

In altera.

Equus pabulatur, sinistra uia. Inscriptio. COL. AVG. infrà. TROA. Nummum hunc æneum mediocrem domi meæ habeo.

In una parte.

57. Tiberius occurrit Laureatus, dextrorsum intuens, literæ contusæ erant ... ER.. I....

In altera.

Templum est hexapilon, latissimo Zophoro. infrà. COR. Aliæ literæ ferè deletæ erant. DIV IA BER POT. Hunc nummum æneum mediocrem domi meæ seruo.

In una parte.

Tiberius

p. ij.

58. Tiberius effigiatur laureatus, læuo ore, cũ tali epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Taurus partem in sinistram tendit; cuius inter cornua triangulus adparet huiũmõi, mitræ figura. ⊻. Coloniæ deductæ signum scilicet. Circumscriptio. T. CAECILIO LEPIDO. C. NVFIDIO GENELLO ĪĪVIR. Aeneũ hunc nummum conspicatus sum Francofordiæ apud D. Hieronymum Agninum.

In una parte.

59. Tiberius cernitur aperto capite, dextro ore; Eius in collo, monetarius incudit. TIB. AVG. ad ceruicem. IMP. AVG.

In altera.

Circumscriptio perfracta habetur. A. A. A. F. F. . . . . VIR. in medio literæ grandiores adparent. S. C. Nummum hunc æneũ uidi Francofordiæ apud D. Hieronymum Agninum.

Tiberij Arg.

Tiberij Argentea.

In una parte.

1. Tiberius cernitur laureatus, laeua facie, cũ parte inscriptionis. TI. AVG. CAESAR F. IMP. XXXX.

In altera.

Drusus cernitur aperto capite, dextro ore, cum literis aliquot tantum, quae legi potuerunt . . . . AVG. N. DIVI PRONEPOS. Nummum eum argenteum habet in suis thesauris D. Joannes Jacobus Fuccherus Augustae Vindelicorum.

In una parte.

2. Tiberius cernitur laureatus, laeua facie, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera

Imp. Simulachrum sedens in sella curuli, ad laeuam intentius, dextra tenens summam hastam, laeua lauri ramum. Hincinde per circuitum. PONTIF. MAXIM. Nũmulum eum argenteum Romae habet D. Antonius Augustinus.

In una parte.

3. Tiberius cernitur laureatus, laeuo obtutu, cum nominis epigraphe. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Triumphali

p. iij.

Triumphali curru quadrijugorum equorum, Imp. corona decorus aurea, tunicam palmatam, togamq; pictam indutus, una lauri tenens ramum, altera sceptrum Aquilatum, ad lævam viam invehitur.

Infrà. IMP. VII. Circum. TR. POT. XVI.

Nummum eum argenteum vidi alibi apud D. Achillem Maphæum Romæ.

Tiberij

Tiberij Aurea.

In una parte.

1. Tiberius uidetur laureatus, laeuo ore, cum nominis elogio. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Pax dea stolata sedet, in eburneo sella, una manu summam tenens hastam, altera oleagineum ramum. Inscriptio. PONTIF. MAXIM. Nummum hunc aureum uidi aliquando apud dñm Joannē Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicor.

In una parte.

2. Tiberius occurrit laurea coronatus, obtuens sinistrorsum, cum nominis cōmendatione. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Curru alto triumphali Victorijs sculpto, Imp. thoracatus, paludatus, laureo serto ornatus, quadrijugis equis sinistrosum inuehitur, una tenens lauri ramum, altera habenas. Inscriptio. P.M. TR. POT.---- IMP.V.. Nummum hunc aureum memini me uidisse apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

3. Tiberius uidetur laurea candidatus, aspectu sinistro,

p. iiij.

sinistro, cum nominis commendatione. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Ceres tunicata, patagiata, in sella eburnea sedet, scabello pedibus subiecto, dextra summam corripiens hastam, læua tenens spicam & papauer. Hincinde per ambitū. PONTIF. MAXIM. Nummum hunc aureū uidere mihi contigit apud D. Achillem Mapheum Romæ.

In una parte.

4. Tiberius laureatus habetur, læuo ore, cum tali titulo. TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS.

In altera.

Curru triumphali quadrijugorum equorum Imp. trabea decorus, una tenens laurum, altera sceptrum Aquilatum, læua uia inuehitur. infrà. IMP. VII. Circum à sinistra parte. TR. POT. XVII. Nummū hunc aureum uidisse me recordor apud. . . . . Venetijs.

Tiberij.

23

Tiberij Aerea communiora & Græca.

In una parte.

1. Tiberius videtur Laureatus, sinistrorsum intuens, huiusce modi cum adiuncto titulo. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Europam seminudam, equitantium more, sedentem, Taurus subsiliens, sinistrorsum: habet autem illa flammei extrema cornua ambabus manibus, quod circum caput in semicircularem gyratur formam, Inscriptionis adhuc tantum cernuntur hæc hæ . . . . . NΩ. Hunc nummum græcum mediocrem apud . . . . Achillinum videre nobis tulit occasio Bononiæ.

In una parte.

2. Tiberius depingitur laurea coronatus, dextra facie, aperto collo. Inscriptio mutila erat. . . . . ΤΙΒ . . . . . .

In altera.

Germanicus habetur Laurea itidem decorus, læua facie, detecto collo, cum epigraphes parte maxima. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΚΑΙΣΑΡ. . . Nummum hunc æneum mediocri amplitudine apud Rm. Patriarcham Grimanũ Venetijs aspexi.

In una

In una parte.

3. Tiberius uidetur Laureatus, Læuo obtutu, cum nominis epigraphe. TIBEPIOC KAICAP.

In altera.

Victoria dextro itinere currit, uolitante tunica, dextra Lauream porrigens, Læua geres palmam. Circumscriptionis aliquid supest. .... BACTOC---- Summum hunc æreum memini me uidisse apud Petrum Ramnes Hispanum Venetijs.

In una parte.

4. Tiberius Laureatus deprehenditur, aspectu Læuo, cumq; adiuncto titulo. TIBEPIOC CEBACTOC.

In altera.

Ara quadrata conspicitur, in cuius mensa, additæ angulis pinnulæ quædam incurua, sensim sublimius excrescentes adparent tres. Inscriptio mutila est. Ex una parte. .... IANOC. Ex alia. Z.... MYPH. Hunc æreum nummum magnum Romæ apud Hannibalem Carum uidimus.

In una parte.

5. Tiberius cernitur Laurea coronatus, sinistra facie, nominis honoratus epigraphe. TIBEPIOC KAICAP.

In altera.

Apollo effigiatus, corona laurea ornatus,

capillo

capillo eleganter contorto, ac cincinnatim in collum dependulo, ad læuam conuersa facie, ob cuius os lyra adparet, Ad ceruicem literæ sunt lybicæ. ⲣⲓⲕ. Nummum eum æneum uidi apud Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

6. Tiberius uidetur laurea decoratus, dextrorsum intuens, cum græca adscriptione. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Ramuli duo laurei summa infimaq; partibus reuincti, sertum efficientes. Quo medio scutum est cum tali monumento. Α. ΕΠΙΣΙΛΑΝΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΩΝ. Μ. Nummum eum æneum sum conspicatus inter Antiquitates Petri Rames Hispani Venetijs.

In una parte.

7. Tiberius effigiatur laureatus, sinistrorsum obtuens, cum nominis epigraphe nonnihil corrupta. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Augustus effigiatus est irradiatus, dextro uultu, cum præfractis literis.. ΣΕΒΑ... ΚΑΙ... Nummum hunc æneum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

8. Tiberius cernitur laureatus, læua facie, cum noiē suo adscripto. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

In altera.

Nero habetur irradiatus, dextro uultu, cū suo itidem nominis titulo. ΝΕΡΩ ΚΛΑΥΔΙΟΣ. Hunc nummum æneum apud Julium Calestanum Romæ conspeximus.

In una parte.

9. Tiberius conspicitur, laurea insignis, læuo uultu, Inscriptio. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera

Europam nudam, cornu animalis sedulò appræhendentem, metu ne excidat, Taurus rapidissimè dextrorsùm transuolans uehit, circum uirginis caput flammeolum in semicirculum agitatur. Subscriptum est autem hoc. ΣΙΔΩΝΟΣ. Hic nummus æreus mediocris apud . . . . . Achillinum Bononiæ est à me conspectus.

In una parte.

10. Tiberius conspicitur lauro coronatus, læua facie, aperto collo, cum inscriptione uix media. . . . . ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Taurus indomitus, sinistrorsùm altûm mota cauda procurrit, detorto in pectus capite, sublevataq̃ ungula læua, pressaq̃ in humum duriter dextra, obuium cornibus facilè petiturus. Supra quem legitur. ΑΥΤΟΚΡΑ. infrà. ΙΔ. Nummum hunc æreū laudabili amplitudine apud D. Antoniū Augustinum uidimus Romæ.

Tiberij

25

Tiberij uxores .II.

VIPSANIA AGRIPPINA. I.

Ex qua ei natus est DRVSVS IVLIVS Cæs.

IVLIA Augusti filia ux. II.

Ex qua ei natus est Aquileia filius.
Tib. Cæsar, infans extinctus.

Numisma IVLIAE, in honorem
sibi à Tib. excusum.

In una parte.

1. Titulus in circulum redactus est huiusmõi.
TI. CAESAR DIVI AVG. F. AVGVST. P.M.TR.
POT. XXXVII. in medio. S. C.

In altera.

Carpentum latum perelaboratum, à superiori diuersum nonnihil, cum tectum non ita longum, uerum ampliùs sit. In illius latere alio iubili signa, hic unica figura gesticulatur. Caryatides hic sublatis manibus pariter tectum sustinent. Mulæ hic eædem, phaleratæ, ad læuam uiam currum trahunt. Quæ Tiberius uxoris. suæ Juliæ nomini conseruand. & honori ad Circensia spectacula addidit. Circum. DIVAE IVLIAE AVG.

DIVI

DIVI PIAE. infrà. S. P. Q. R. Nummum hunc æneum perlatum Antonietus Romanus Antiquarius nobis ostendit Romæ.

Germanicj

Germanicj Cæs. Numismata Aenea.

In una parte.

1. Curru triumphali Victoriarum formis obsignato, Drusus trabeatus, quatuor equis trahentibus ad læuam semitam inuehitur, una habenas modò laxans, modò astringens, altera habens sceptrum. Suprà. GERMANICVS CAESAR.

In altera

Germanicj gloriosi Victoris statua thoracata, paludamenti meliori parte in læuũ brachium reiecta, dextra protensa quãtum potest, aperta, adloquentis instar, læua habens sceptrum Aquilatum. Hinc inde. SIGNIS RECEPT. DEVICTIS GERM. pauloq̃ inferiùs. S-C. Nummum hũc æneum sum conspicatus, & admiratus, latum Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

2. Drusus Germanicus uidetur, inornatus, obtutu dextro, cum nominis monumento. GERMANICVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N.

In altera.

Titutum solum reperio. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P. in medio. S.C. Nummum hunc æneum memineris studioselector apud me adseruari.

In una

In una parte.

3. Drusus Germanicus cernitur, aperto capite, lauo obtutu, cum nominis circumscriptione. GERMANICVS CAESAR TI. AVG. F. DIVI AVG. N.

In altera.

Nil mihi literas reperio. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. in medio. S. C. Nummum hunc æneum apud me domi seruo.

In una parte.

4. Germanicus cernitur, aperto capite, lauo obtutu, cum nominis epigraphe. GERMANICVS IMP.

In altera.

Armorum ingens acervus, è victoria Germanica comparatus, in terram resperso est. Inter quæ arma insigniora hæc sunt, thorax, cetræ, clypei, scuta, tubæ, litui, enses, cornua, hastæ, signa, arcus, pharetræ, sagittæ, & alia. Inscriptio deleta .... cos. II. infrà. DE GERMANIS. Nummum hunc æneum memini me uidere Lugduni apud D. Guilielmum Cauchium.

In una parte.

5. Germanicus occurrit, nudo capite, obtutus sinistrorsum, cum nominis circumscriptione. GERMANICVS CAESAR IMP.

In altera.

Pietas

Pietas in filios repræsentatur. Sedet dea tutulata, uelataq̃, ac prætextata, in eburnea sella, una manu sceptrum habens, altera aperta, pueros quatuor nudos, ante se constitutos, blandicijs demulcens. Hos Germanici liberos credam, Drusum nimirum, Caium, Liuiã ac Neronem. Inscriptio. PIETAS AVGG. infrà. S.C. Nummum hunc æneum mihi commonstrauit Lugduni D. Gulielmus Caulius.

In una parte.

6. Germanicus uidetur, aperto capite, dextro uultu, cum nominis præfracto titulo. ΑΥΤΟΚΡΑΤ . . . . . ΓΕΡ.

In altera.

Cybele, ornatissimo capillo, ad ceruicem in glomum aureum collecto, turritam gerẽs capite coronam, læuo obtutu, Inscriptio. planè intercidit. Nummum hunc æreũ uidi Norimbergæ apud D. Georgium Kandlerum LL. Doctorem.

Germanici

9.

Germanicj æs. Argenteæ.

In una parte.

1. Germanicus depingitur aperto capite, læua facie, cum tali nominis elogio. GERMANICVS CAES. P.C. CAES. AVG. GERM.

In altera.

Apollo irradiatus cernitur, toto eminens pectore, aduersus intuentibus, semiuolus, cuius læuo humero pallium iectum, pharetram humero gestans dextro, cuius per pectus transit baltheus, læua tenens arcum manu. Inscriptio. APOLLINI AVGVSTO. Nummum eum argenteu Lugduni sum conspicatus apud D. Sertinum Romam Florentinum.

Germanicj

Germanicj æs. Aenea Græca.

In una parte.

1. Germanicus repræsentatur, sine corona capitis, pectorisq3 tegumento, ad læuâ partê conuersus, cum inscriptione. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ.

In altera.

Apollo nudus stat, extensis hinc inde manibus, nudus, nisi quòd è dextro brachio in sinistrum per pudendâ tenue quoddâ uelamentum transit, dependetq3. Inscriptio superficialis reddi non potuit, quâ uix punctî superfuerint. Ad genua imaginis à dextris habes. N., A sinistris A. Apud D. Achillem Maphæum Romanum uidimus hunc nummum æneum mediocri magnitudine.

Germanicj

Germanici Uxor unica.

AGRIPPINA,

M. Agrippæ & Juliæ filia, ex qua novem liberos sustulit: quorum duo infantes, tertius puer extinctus est. Ceteri superstites patri fuerunt. Tres filij, Nero, Drusus, & C. Cæsar. Filiæ totidem, Agrippina, Drusilla, Livia.

Agrippinæ Numismata Aenea.

In una parte.

1. Agrippina effigiata, pari capillorum mundo, & decore conspicua, Laeva facies, pervenusta, tunicata, patagiata, cum nominis elogio. AGRIPPINA M.F. GERMANICI CAESARIS.

In altera.

Carpentum elaboratissimum, imagunculis sculptum plurimis, ac sertis ornatum, cuig semicirculare tectum, carryatides quatuor subiecta sustinent: à duabus mulabus phaleratis dextra uia trahitur: Agrippinæ memoriæ sempiternæ ergò ad Circenses adlatum Ludos. Supra. S.P.Q.R. MEMORIAE AGRIPPINAE. Hunc nummum aeneum magnum Romæ nobis ostendit Antonius Romanus Antiquarius.

In una

In una parte.

2. Agrippina cernitur, capillo eleganter intorto, ac ad ceruicem in nodum constricto aureum, læua facie; cum nominis epigraphe. AGRIPPINA M. F. MAT. C. CAESARIS AVGVSTI.

In altera.

Carpentum insigne affabrefactum, statuis multis ornatum, contectum; nam eius fastigium caryatides quatuor sustentant, duæ mulæ ad dextram uiam trahunt. Id ad Agrippinæ memoriam Circensibus ludis asseruatum iri curauit Romanus Populus. Suprà legitur. S. P. Q. R. MEMORIAE AGRIPPINAE. Nummum hunc æneum magnum domi meæ commonstrabo.

Agrippinæ
q. iij.

Agrippinæ Aeneum Græcum.

In una parte.

1. Agrippina depingitur læuo uultu, corona laurea partim, partim spicea redimita, crine intorto in cincinnos per collum fluentes, uelato pectore. Inscriptio. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ....

In altera.

Agrippina habetur, sinistrorsum intuens, corona spicea redimita, crine crispata, pectore aduerso, tectoq̃, iuxta quod parte sinistra duæ spicæ adparent. Inscriptio hinc inde partita non planè facilis lectu est.. ΡΗ – ΝΙΑ. Nummum hunc æneum
L – ΙΠ.
mediæ amplitudinis Romæ apud D. Antonium Augustinum uidimus. Ne autem (cum idem nomen Agrippinæ repetimus in aduersa auersaq̃ huius nũmi partibus) confundaris, ueluti suspensusq̃ remaneas, paucis te admonendũ censui, & id consultò. Superior Germanico nupsit, cognominemq̃ ex eo filiam suscepit, posteà Domitio Ahenobarbo nuptui data primum, iterũq̃ Claudio.

Ahenobarbi,

30

Ahenobarbi, cui Agrippina, Germanici Agrippinæq; filia, nuptui tradita, Numisma Argenteum.

In una parte.

1. Ahenobarbus effigiatus est, Læua facie, aperto capite; Inscriptio. AHENOBARB.

In altera.

Rostrum nauis bellicæ, in quo stat Trophæum insigne, è uarijs inimicorum spolijs comparatum. Inscriptio. CN. DOMITIVS IMP. Nummum hunc argenteum habet D. Joannes Jacobus Tuccherus Augustæ Vindelicorum.

CALIGVLÆ Æneæ.

In una parte.

1. Caligula uidetur laureatus, dextro ore; cum nominis encomio. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

Agrippina, Drusilla, & Julia, earum similes adparent, conuersæ ad intuentem omnes, mutuum alloquentes, tunicatæ, pataqiatæ omnes. Prior securitatem repræsentat, dextro in columnam innitens cubito, dextra manu tenens cornucopiæ, læua in proximæ humerum imposita. Quæ paterам tenēs dextra demissa, læua cornucopiæ, concordiam exprimit deam. Vltima fortunæ forma est, dextra clauum regens, sinistra pariter adferens cornucopiæ. Singulis suum nomen est impressum. AGRIPPINA, DRVSILLA. IVLIA. infrà. S. C. Summum hunc ex ære Corinthio domi meæ seruo ego, peruenustum adhuc.

In una parte.

2. Caligula effigiatur laureatus, dextrorsùm intuens, cum nominis elogio. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

Suggestus, è quo Imp. laureatus, togatus stans, C. prope

(prope læuum pedes sella est Curulis.) apud milites armatas, scutatos, pro cõcione loquitur, beniuolosq; sibi facit donatiui concessione: nam dextra manu altè sublata tesseram commonstrat. Suprà. ADLOCVT. COH. Nummum eum æneum magnũ domi ego habeo.

In una parte.

3. Caligula conspicitur laurea corona coronatus, dextrorsum intuens, cum nominis commendatione. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

Corona querna, ceu ciuica imprimitur, cum medio tali monumento. S. P. Q. R. OB CIVES SERVATOS. Nummum hunc æneũ magnum Romæ D. Antonius Augustinus est commonstraturus.

In una parte.

4. Caligula effigiatus est, laurea candidatus, dextrorsum intuens, cum nominis epigraphe. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

Suggestus adparet in læuo nummi angulo: è quo armatus Imp. ac paludatus, apud milites in concionem uocatos, armatos, quos inter sunt quatuor signiferi, orationẽ habet. Prope Imp. sella est Curulis. Suprà. ADLOCVT. infrà.

infrà. COH. Nummum hunc æreum per-
latum domi meæ habeo.

In una parte.

Titulum legi huiusmodi per superficiem. C.
CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.
in medio. S.C.

In altera.

Equites duo paribus armis, paludamentis
retrò volitantibus, pari cursu, dextris latè
proiectis, iubilantium instar, ad lævam
viam simul procurrunt. Suprà. NERO
ET DRVSVS CAESARES. Nummum hunc
æreum sum conspicatus Romæ apud D.
Antonium Augustinum.

In una parte.

Caligula habitu sacro amictus, patria pater,
laureatus, obuelatus præterea capite, in
sella sedens, dextra manu patinam libato-
riam porrigit, læva latori impressa, cu-
bito superpositâ imaginis vertici innitens,
quæ in stylobatem insistit. infrà. PIETAS.
Circum. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG.
P.M. TR. P. III. P.P.

In altera.

Templum Augusti, quod (cum dedicatum
ab se Tiberius absoluere non posset, satis
concedens) Caligula perfecit: multis fi-
guris, Victoriis, quadrigis, supplicibus, &
Victoriæ statua ornatum, necnon serto
obuinctum,

obiunctum latissimo, senis columnis Corinthiacis fulcitum. Huius pro foribus Imp. ad aram stans, prætextam sacram indutus, dextra patinam tenet, læua schædam. Retro eum puer, sacrorum minister sympullum tenet, Ante lanio seminudus taurum loro ducit sacris deuotum. Hincinde. DIVO-AVG. & paulò inferiùs. S. C. Nummum hunc æneum magnum apud D. Antonium Augustinum Romæ sum conspicatus, similēq; ego domi habeo.

In una parte.

7. Caligula depingitur laurea coronatus, ore dextro, cum nominis commendatione. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. POT. III. P. P.

In altera.

Corona ciuica, cum tali gratuitatis monumēto. S. P. Q. R. P. P. OB CIVES SERVATOS. Nūmum hunc æneum perlatum domi meæ seruo.

In una parte.

8. Caligula uidetur laurea donatus, dextrorsùm obtuens, cum nominis elogio. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P.

In altera.

Suggestu ex alto Imp. togatus, dextra latè prætensa apud milites, pro concione uerba habet, læua schædam habens. Signa inter coronam armatorum, scutatorūq; adparent quatuor. In scæna suggesti

sella est

sella est curulis. Inscriptio superior. ADLO-
CVT. inferior. COH. Nummus hic æneus
magnus apud me domi seruatur.

In una parte.

9. Pileus libertatis testis in medio ære adspa-
ret inter literas. S. C. Circum. C. CÆ-
SAR DIVI AVG. PRON. AVG.

In altera.

Titulus continuatur, ad aduersam cir-
cumscriptionē. P. M. TR. P. VIII. COS. TERTI-
VM. in medio. P. C. C. Nummum
hunc æneum sum conspicatus aliquando
apud Petrum Rames Hispan. Venetijs

In una parte.

10. Litera in superficiem huiusmodi impressæ
sunt. C. CÆSAR DIVI AVG. PRON. AVG. In
medio pileus, inter. S—C.

In altera.

In circuitu litera sunt huiusmodi. PON.
M. TR. P. IIII. P. P. COS. TERT. in medio.
P. C. C. Nummum hunc æneum par-
uum memini me uidisse Romæ apud
D. Achillem Maphæum.

In una parte.

11. Caligula sacra veste indutus, ut pater pa-
triæ, sedet obuelato capite, in sella curuli,
una patinam tenens libatoriam, altera
in suppositæ statuæ verticem inmittente,
Circumscriptio. C. CÆSAR DIVI AVG. PRON.
AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P.

In altera.

In altera.

Templum Augusto dicatum, ab Tiberio, quod quum ille morte præpeditus reliquisset, Caligula absoluit, ac ornauit, ut proximè descripsimus. Ante id, apud aram sacrum facit Imp. Litera utrobiq; eadem. Nummum hunc æneum permagnum, ac perelegantem domi meæ conseruo.

In una parte.

12. Caligula effiguratur lauro reclimitus, dextro uultu, aperto collo, cum nomine eius circumscripto. C. CAESAR AVG. GERMANICVS IMP.

In altera.

Par boum iugatorum sinistrum sulcum agunt, arando. Stiuæ astat Imp. uelato capite, toga indutus, cui & manum dextram imprimit, sinistra scuticam habet, adigendis animantibus, supra quorum terga legitur. C.C.A. Inscriptio. LICINIANO ET GERMANO. Interiùs est. IIVIR. Sic nummum mediocris amplitudinis ex ære D. Antonius Augustinus nobis ostendit Romæ.

In una parte.

13. Caligula uidetur nudata capite, ad dextram conuerso oculo, cum nominis commendatione. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

In altera.

Salus repræsentatur, sub imagine præstantis formæ uirginis, peruenusti aspectus, læui, mitrè comptæ, capillo in nodum gemmeu ad Sinciput adnodato, obuelatæ pectore, & incinctæ. SAL. AVG. Circumscriptionis desunt nonnullæ literæ. .... T.L. FLACCVS POM. FLAC. IIVIR. Nummum hunc æneum mediocrem apud Petrum Rames Hispanum Venetijs conspexi.

In una parte.

14. Per nummi superficiem lego talè monumetum. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P.M.TR.P. IIII. P.P. in medio. S.C.

In altera.

Equites duo Nero & Drusus fratres, animosi iuuenes, thoracati, paludamentis uentilantibus latissimè, iubilum præ se ferentibus, io, io, uociferantes, altè iactatis dextris, citissimis equis ad Læuam uiam decurrunt. Suprà. NERO ET DRVSVS CAESARES. Nummum hunc æneum mediocrem habeo domi, similemq; sum conspicatus apud Julium Romanū Mantuæ.

In una parte.

15. Caligula occurrit incoronatus, dextro obtutu, cum nominis epigraphè. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON.M. TR. POT.

In altera.

Vesta

Vesta prætextam sacram induta, uelato uertice, in affabrefacto sedet eburneo solio, una tenet patinam, altera scipionem. Hincinde. S-C. Suprà. VESTA. Hunc nummum æneum mediocrem ego domi ostendere potero Antiquitatum auidis, similem habet D. Anton. Augustinus Romæ.

In una parte.

16. Caligula prodit inornatus, læua facie, apto collo, cum adscriptione nominis. C. CAESAR AVG. GERMANICVS P. M. TR. POTEST.

In altera.

Vestam deam sedentem reperio, uittatam, prætextam induta, dextro uultu, una patinam porrigentem, altera facem tenentem, cum nominis titulo. VESTA. Inferiùs. S. C. Nummus hic æneus mediocris domi apud me est.

In una parte.

17. Caligula uidetur non coronatus, ad dextrã obtuens, cum nominis titulo. C. CAESAR DIVI AVG. PRON. AVG. P. M. TR. P. IIII. P. P.

In altera.

Vestæ simulachrum sedens, habitu puro, una habens pateram, altera hastile. Hincinde. S. C. Suprà. VESTA. Hunc nummum æneum memini me conspexisse apud D. Antonium Augustinũ Romæ.

In una

In una parte.

18. Caligula habetur Lauo obtectus, aperto capite, cum nominis epigraphe. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

Taurus sacris deuotus, sertis circa cornua ornatus, pergà tergum reiectis, ante quem ara adparet. Globus inter cornua duo positus est. Suprà. ZENAT. Summum hunc aeneum uidimus apud quendam Antiquarium Romæ, ne de meo uerbum ullum dicam.

In una parte.

19. Caligula cernitur aperto uertice, dextro aspectu, cum nominis epigraphe. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

Germanicus, C. Pater, effigiatur Lauo obtectu, nudato capite, cum huiusmodi circumscriptione. GERM. CAESAR PVLCHRO III. VARIO. II. Summum hunc aeneum uidi ego (ni fallor) apud quendaz Scrutarium Romæ, Similemq; ego domi habeo.

In una parte.

20. Caligula effigiatur inornatus, laeua facie, cum nominis epigraphe. C. CAESAR AVG. GERMANICVS.

In altera.

Germanicus

Germanicus depingitur, nulla corona coronatus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. GER. CAESAR . . . . . Nummum hunc æneum domi meæ hēo.

Caligulæ Argentea.

In una parte.

1 Caligula laureatus est, obtutu sinistro, cum tali elogio. C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT.

In altera.

Augustus cernitur irradiatus, læua facie, cum tali encomio. DIVVS AVGVSTVS PATER PATRIAE. Nūmus hic argenteus à me conspectus est apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicor.

In una parte.

2. Caligula videtur incoronatus, læuo ore, cū nominis titulo. C. CAESAR AVG. GERMANICVS P. M. TR. POT.

In altera.

In altera.

Agrippina, Druſillæ, & Juliæ ſimulachra, deorum immortalium forma, qualè in æreè huius Imp. ſuprà deſcripſimus copioſè: cu ijſdem omninò literis. Nummum tu argenteum habet Romæ D. Antonius Auguſtinus. Similem me uidiſſe recordor aureum apud D. eundem.

In una parteè.

3. Caligula cernitur aperto capiteè, dextro uultu, cum nominis epigrapheè. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

Germanicus. C. Pater, deepingitur inornatus, Læuo oreè, cum nominis titulo. GERMANICVS CAES. P.C. CAES. AVG. GERM. Eum nummum argenteum uideè Romæ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parteè.

4. Caligula uidetur incoronatus, Læua faciè, cum nominis monumento. C. CAESAR AVG. GERMANICVS PON. M. TR. POT.

In altera.

Agrippina C. mater effigiata eſt, capillo cura ſumma, & ſtudio contorto, uariègi compto, faciè ad ſiniſtram conuerſa, contecto pectoreè, Inſcriptio. AGRIPPINA MAT.... GERM. Nummus argenteus hic à mè uiſus eſt aliquando apud Petrum Rames Eliſabanum Venetijs.

Caligulæ

r.ij.

Caligulæ Aurea.

In una parte.

1. Caligula depingitur nudata capite, facie sinistra, cum nominis epigraphe. C. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. POT. COS.

In altera.

Augustus habetur irradiatus, c. Proaus, calo positus, læua facie, cum duab. ante retroq; stellis adpresis, sine vllis lris. Nummum eum aureum memini me conspicatum esse apud Antonietum Romanum Antiquarium Romæ.

Caligulæ

Caligulæ Æneæ Græcæ.

In una parte.

1. Caligula habetur Laureatus, dextrorsum intuens, aperto pectore. Inscriptio nulla adparuit fuisse, aut, si adiecta ulla fuit, corrosa erat.

In altera.

Europam tergo insidentem Taurus celerrimè sinistrorsum transcurrens, uectat. Habet autem illa uelamentum utraq; manu, circa caput supra in gyrum semicircularem euolitans. Subscriptum legitur. ΕΥΡΩΠΗ. Nummum hunc mediocrem ex ære Corinthio apud D. Petrum Rames Hispanum Venetijs uidimus.

Caligulæ Argent. Græc.

In una parte.

1. Caligula cernitur aperto capite, læua facie, summo cuius humero læuo paludamenti iniecta adparet lacinia: sceptrumq; per collum transit. Inscriptio. Γ. ΚΑΙΣΑΡ. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ.

In altera.

Germanicus, c. Pater, cælis iam adscitis & superûm choro, irradiatus, dextro ore, effigiatus. Circum quem septem fulgore emittunt micantes stellæ. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanium Venetijs.

Caligulæ

Caligulæ uxores. IV.

IVNIA CLAVDILLA. I.

LIVIA ORESTILLA. II.

LOLLIA PAVLINA. III.

CAESONIA. IIII.
Ex qua ei filia nata est, Liuia Drusilla:
quæ cum eo occisæ sunt.

ENNIA NAEVIA, concubina.

DRVSILLA, Soror,
iustæ uxoris loco.

AGRIPPINA,
& IVLIA. } Sorores uitiatæ

CLAVDII.

CLAVDII Aenea.

In una parte.

1. Claudius uidetur læuo aspectu, laurea coronatus, cum nominis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Arcus triumphalis tetrapilos, Druso Claudij patri erectus. Medium cuius frontispicium fastigiatum est, ita tamen, ut supra coronam non attollatur. patinam, & trullam habet ab lateribus. In eius summa coronide uictor eques, armatus, thoracathus, paludamento retro prouolante, dextra telo alte uibrato, quempiam feriturо similis, ad læuam procurrit cito equo. medius inter Trophæa duo, opimaq; spolia, ex Germanis deuictis reportata. Alincide. S. C. Circum. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMANICVS IMP. Nummum huc æneum peramplum uidi Romæ apud D. Antoniũ Augustinum, deinde apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

2. Claudius effigiatur laurea donatus, dextro ore, cum nominis titulo. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Spes

Spes Dea pari luxu uestis, eodemq̃, quo paulò ante delineauimus, gestu. uerum̃ gratuitatis in literis est monumentum. IMP. T. VESP. AVG. REST. Hincinde. S-C. Nummum hunc æneum amplum Romæ nobis commonstrauit Antonius August.

In una parte.

3. Claudius uidetur laurea decorus, intuens sinistrorsum̃, aperto collo, quem ex ipsa effigie agnouimus, etsi nominis Inscriptio desideratur.

In altera.

Dianæ simulachrum, ex diametro contra nos intuentis, quæ capite gestat capitulũ, cuius geminæ ansæ in deæ humeros declinatæ sunt; post quos ad imos usq̃ pedes pænula propendet: manu utraq̃ extensa latè, asteriscum habens. Inscriptiones hic̃ uariæ additæ fuerunt, uerum̃ erosæ tantum̃ sunt, ut sillaba una aut altera tantum̃ supersint. - ... OIA. Nummum hunc æneum spectata satis amplitudine uidimus Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

4. Claudius occurrit lauro cinctus circum tempora, læuo aspectu, cum nominis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

In altera.

Corona querna, seu ciuica, cum medio monumento. EX S.C. P.P. OB CIVES SERVATOS. Nummum hunc æneum amplum satis uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum, ne nostrum commemorem domesticum.

In una parte.

5. Claudius depingitur laureatus, sinistro obtutu, cum nominis titulo. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. IMP. (in hoc ære deest. P.P.) In alio. à ceruice Imp. legitur. N. C. A. P. R. Sigillum nimirum Duumuiri monetalis.

In altera.

Spem uideo amictu splendido, ad dextram progredientem, dextræ manus summis digitis lilium commōstrātem, læua uestis attollentem lacinias circa femur. Hincinde. SPES. AVGVSTA. infrà. S-C. Nummorum istorum æreorum, alterum amplum habet Antonietus Romanus Antiquarius, alterum paulò minorem D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

6. Claudius ad dextram intuetur, sine ullo capitis redimiculo, cum epigraphe hac. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM.

In altera.

Vexilla

Vexilla tria sunt defixa. Medium Aquila fulmini Iouis insistit. quæ à lateribus sunt: laureolæ sunt, cum supparis inferne. Inscriptio talis est. COL. A.A. PATR. Inter signa numeralia sunt. X — C XII. Apud P. Alōysium Romanum, nummum hunc æreum magnum uidimus Romæ.

In una parte.

7. Claudius uidetur dextro ore, aperto capite, cum solita nominis epigraphe.

In altera.

Pallas militaris thoracata, deinde succincta tunica amicta, galeata, citissime ad lauā transit, hostem expectat, pelum dextra in sublime ēducta uibrans, scutum contra aduersariorum ictus aduectus tenens. Circumscriptio. IMP. T. VESP. AVG. REST. Nummus hic æreus mediocris à me ipse est apud Petrum Rames Hispan. Venetijs

In una parte.

8. Claudius uidetur laureatus, sinistrorsum obtuens, cum nominis titulo. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP.

In altera.

Corona ciuica, ita dicta, quòd ciuium cōseruatoribus daretur, cum tali monumento. EX S.C. OB CIVES SERVATOS. Nummum hunc æreum satis latum uidi ego Romæ apud D. Antonium Augustinum, similemq; ego domi possideo.

In una

In una parte.

9. Claudius habetur laurea corona pulcher, dextra facie, cum breui epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR.

In altera.

Signa militaria quatuor constituta hoc ordine, ut media duo Aquilæ sint, eaſq; alijs insigniora, inter quæ media intercapedine prona sunt literæ. V – VIII. Istum nummum æneum non admodum magnum, uenustum tamen adhuc domi conseruo.

In una parte.

10. Claudius videtur, Laurea coronatus, læuo aspectu, pectore auerso. Inscriptio. NERO CLAV.....

In altera.

Neptunus biga uehitur sinistrorsum seminudus, equis marinis trahentibus, dextra elata fuscinam, sinistra depressa lora tenens. Inscriptio.... FVL. FLAC. .... Subscriptio.... VIR. Nummum hunc æneum mediocrem apud Petrum Rames Aesianum videbis Venetijs.

In una parte.

11. Claudius depingitur irradiatus, læua facie, thoracem ac paludamentum induitus, aduerso dorso, cum nominis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR.P. IMP.P.P.

In altera.

In altera.

Copiæ cornua duo asparent, imis sui partib. transuersim coniuncta. quorum è summitatibus Caudia, ac Antonia uelut enascentes unà cum frugibus asparent, sese inuicem intuentes, uelatis pectoribus, mediumq; habent fratrem Germanicum, aperto capite, togatum, uerum in eam, quæ in dextro est cornu, sororem oculis obuertentem. Inscriptio fidem rei facit. LIBERIS AVG. Subscriptum autem est. COL. A. A. P. Nummum hunc æreum mediocrem Venetijs habet Petrus Rames Hispanus.

In una parte.

12. Caudius iuuenis adhuc, læuo aspectu, cum inscriptione . . . . . .

In altera.

Clypeus rotundus, (misi quoà summa imaq; partibus parumper acuminatus sit) ita signatus habetur. EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENTVTIS. Hic nūmus æreus apud Franciscum Venierum, mediocris, à nobis Venetijs usus est.

In una parte

13. Caudius depingitur, inornatus, læuo aspectu, cum inscriptione adiuncta. TI. CLAVD. CAESAR.

In altera.

Aquilæ

Aquilæ, duo signa, media inter extrema alia duo: quorum medio interuallo legiter. V – VIII. Hunc nummum æreum mediocrem nos domi ostendere poterimq.

In una parte.

14. Claudius habetur inornatus, dextro ore, cum annotatis titulis. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM.

In altera.

Signa tria militaria. Aquila medium inter uexilla duo, quorum inferiore parte, uela appensa sunt. Inscriptio. COL. A.A. PATR. Inter signa. X – XII. Hunc nummum æreum uidimus apud Petrum Alo-xium Manilium Romanum.

In una parte.

15. Claudius conspicitur, læua facie, inornatus, cum inscriptione. TI. CLAVD. CAESAR.

In altera.

Aquila signum fulmen unguibus suppositum tenet, inter duo alia signa, quæ circa inferiorem sui partem labara habent appensa. Inscriptio. COL. A.A. PATR. X – XII. Hunc nummũ æreũ apud D. Sebastianum Crizum Venetijs mediocrem uidimus.

In una parte.

16. Claudius uidetur inornatus, dextra facie, cum nominis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

In altera.

Constantia Dea repræsentata conuersa stans, tunicam castrensem induta breuiorem, àc paludamentum, galeata, dextræ manus indice subleuato, quo gestu quis iureiurando adigitur, læua uerò summā habens hastam. Hinc inde. S-C. Circum. CONSTANTIAE AVGVSTI. Nummum hūc æneum mediocrem Romæ uidi apud D. Antonium Augustinum, ego alium huic similem domi seruo.

In una parte.

17. Claudius effigiatur aperto capite, cum nōis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP.

In altera.

Minerua stat conuersa, galeata, tunicā, àc patagium induta, dextra manu eleuata, læua summam habens hastam. Hinc inde. S-C. Circumscriptio. IMP. T. VESP. AVG. REST. Nummum hunc mediocrem æneum domi meæ licet conspicari.

In una parte.

18. Claudius effigiatur læuo ore, laurea coronatus, cum nominis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Spes dea corona laurea ornata, decoro habitu, cuius è dextro humero latissima propēdet

propendet plaga byssina, dextra uia incedit, dextra manu porrecta florem cõmõstrans. Hincinde. SPES AVGVSTA. Læua manu circa femur tunicam subducit. infrà. S.C. Nummum hunc æneum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

19. Claudius cernitur aperto capite, dextrorsum intuens, cum nominis titulo. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR. P. IMP. P.P.

In altera.

Libertatis simulachrum conuersum stat, tunica, ac patagio insigne, dextra pileum ostendens, læua aperta, ac si grateis agat pro recepta manumissione. Hincinde. S-C. Circum. LIBERTAS AVGVSTA. Nummũ hunc æneum mediocrem Romæ D. Antonius Augustinus, & ego domi habemus.

In una parte.

20. Statera æquilibris impressa est, cum manu duumuiri, qui ponderandæ stipi, seu alio cuiusuis metallo præerat. Cum talibus literis medio interuallo inter utramq̃ lancem exaratis. P. NR. Circum. TI. CLAVDIVS IMP. CAESAR AVG.

In altera.

Seriem aduersæ partis literarũ titulus perficit. PON. M. TR. P. IMP. COS. DES. ĪĪ. in medio. S.C. Nummum hunc æneũ uidere

S.

uidere apud me licebit domi, quauis exiguũ.

In una parte.

21. Claudius depingitur dextra facie, inornatus, cum hac inscriptione. TI. CLAVDIVS CAES. AVG. GER.

In altera.

Aquila signum militare, (medium inter alia duo) fulmini superstat. Inscriptio. COL. A. A. PATR. X. XII. Nummum hũc æreum paruum uidi apud D. Odonem Rinaldum Venetum.

In una parte

22. Claudius uidetur laurea decorus, obtutu oris sinistro, cum nominis circumscriptione. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Nero Cæs. & Octauia Claudij F. mutuò se intuentur: duobus illis inter astra maioribus, ac eminentioribus syderibus pares. Nam ille Sol Alexandri, hæc Cleopatræ exemplo luna dicebatur: quæ antiquitas obuersari uoluit in duobus illis astris, Heroum occipitibus adpressis. Circumscriptio. NERO CLAV. CAESAR IMP. ET OCTAVIA AVGVST. F. Nummũ hũc æneum memini me in manibus habuisse apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una

In una parte.

23. Claudius uidetur dextrorsum intuens, denudato capite, cum nominis uulgata epigraphe. Sed ia obserua in quibusdam deesse. z. z.

In altera.

Ceres dea, coronam spiceam capite gestans, quod uelatum habet, sedens in solio eburneo, scabello pedibus supposito, dextra porrigit spicas, laeua transuersam tenet facem lustralem. Circumscriptio. CERES AVGVSTA. infrà. S. C. Nummum hunc aeneum domi meae seruo habeoq3.

In una parte.

24. Claudius habetur Laureatus, dextro ore, cum nominis epigraphe nonnihil uastata. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. . . . . .

In altera.

Corona* . . . . . cum greco monumento. KOINON KYPIWN. Nummum hunc aeneum studiosi apud me uisunt.

In una parte.

25. Claudius occurrit Laureatus, laeua facie, cum nominis tali elogio. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Drusus Pompeius, seu Britannicus, Antonia, & Octauia (quae Neroni postea nupsit) tres Claudij liberi effigiati sunt, ita ut

ita ut medius sit frater inter duas sorores. Supra ora copiae cornuum duorum inimissi partibus in transuersum coniectorum. Superscriptio rem ipsam declarat. LIBERTAS AVG. infrà. COL. A.A. P. Nummum hunc aeneum uidisse me recordor apud Petrum Rames Hispanum Venetijs

In una parte.

26. Claudius occurrit læuo obtutu, nato capite, cum nominis titulo. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Corona ciuica imprimitur, cum gratuitatis monumento. S. P. Q. R. P. P. OB. C. S. Nummum eum aeneum uidisse me recordor apud Petrum Rames Hispan. Venetijs.

In una parte.

27. Claudius conspicitur inornatus, dextro uultu, cum nominis titulo. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P. In alio deest. P. P.

In altera.

Bellona dea galeam cristatam capite gestans, tunicata, decurrit in læuam uiam, ad pugnam instructa, dextra altè sublata pilum uibrans, læua ad pectus grande tenens scutum, fibicla, ansaq; brachio obfirmatum. Simile S. C.

Nummum

Nummum hunc æneum habemus ego & D. Antonius Augustinus, parem pares amici.

In una parte.

28. Claudius læua facie uidetur laureatus, cum nominis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Bellona, siue Pallas stratiua, casside munita capite, uolitante habitu, in hostem, si occurreret, irruens, dextra altè eleuata pilum eiaculaturæ similis, scutum ad humerum eductum quatiens, in læuu iter erumpit. Hincinde. S-C. Circum. IMP. D. . . . . AVG. REST. Nummum hunc æneum uidi aliquando apud D. Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

29. Claudius cernitur dextro ore, aperto capite, cum epigraphes fragmento . . . . AVG. GERM. IMP.

In altera.

Boues subiugos duos Agricola, impressa dextra summæ stiuæ aratri, flagello, quod læua tenet, sinistrorsum arando adigit. Suprà legitur. COL. IVL. infrà. incerta erant uestigia literarum. AVG. Nummum hunc æneum uidere domi meæ fas est.

In una

In una parte.

30. Claudius uidetur laureatus, laeuo ore, cũ nominis huiusmodi monumento. TI. CLAVDIVS CAES. AVG.

In altera.

Aquaeductus depingitur. structura est longior, multis fornicibus fulta. Cuius in summitate templum est polypilon, in quo medio Martis statua est, et signa militaria, ab lateribus sunt duo trophaea. Suprà. IMP. XIII. COS. IIII. infrà. AQVA CLAVDIA. Nummum hunc aeneum uidi apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

In una parte.

31. Congius uidetur tripes, angusti satis oris. Circum. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG.

In altera.

Literarum solus est circulus. COS. DES. IT. PON. M. TR. P. IMP. In medio. S. C. Nummũ hunc aeneum paruum domi meae habeo.

In una parte.

32. Modius ansatus uidetur, sine alia literarũ memoria.

In altera.

Congius uidetur, è quo spicae triticeae eminent. Inscriptio nulla. Nummum hunc aeneum paruum memini me uidisse apud D. Achillem Maphaeum Romae.

Claudij

Claudij Argentea.

In una parte.

1. Claudius uidetur laureatus, læuo obtutu, cũ nominis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Templum tetrapilon Dianæ Ephesiæ repsentatum, ternis instratum gradibus, fascia globulari, multisq̃ statuis in Tympano medio positis ornatum, cum Deæ simulachro, mox ingredienti obuio, capitulũ capite gerentis, mammosæ, apertis manibus, in nodosos bacillos incumbentibus, summa parte hominem referentis, ima corporis terminum. Hincinde. DIAN. EPHE. Nummum hunc argenteum uidisse me recordor apud Petrũ Rames Hispanum Venetijs

In una parte.

2. Claudius effigiatur laurea redimitus, læuo ore, cum nominis titulo. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. IX. IMP. XIIII.

In altera.

Constantiæ Deæ simulachrum, per omnia superiori simile. Conuenit præterea inscriptio. Nummum eum argenteũ habet Romæ D. Antonius Augustinus.

sedet

Niiij.

scalet elato in alice dextro, immobilitatem animi significans. Adscriptum. CONSTANTIAE AVGVSTI.

In una parte.

3. Claudius laureatus est læua facie, cum nominis monumento. TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TRIB. POT. P. P.

In altera.

Agrippina, Claudij uxor, effigiata, læuo ore, capillo passo, corona * ornata, uelato pectore, cum nominis adscriptione. AGRIPPINAE AVGVSTAE. Nummum hunc argenteum habet in bonis Roma D. Antonius Augustinus.

In una parte.

4. Claudius cernitur dextra facie, nudato uertice, cum nominis epigraphe. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Pluto deus conuersus stat, ad pubem nudus, dextra tenens * fulmen, læua summum tridentem. Quem circum quinq; colucent stellæ. Sine ulla alia literarum nota. Nummum eum argenteum sum conspicatus apud Petrum Antonium Hispanum Venetijs.

In una parte.

5. Claudius conspicitur dextro ore, aperto capite,

capite, cum nominis circumscriptione.
TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP.
P. P.

In altera.

Ludi gladiatorij repræsentati, ab Claudio exhibiti. Gladiatores enim duo simul in palestram prouocati descendentes, quorum alter nudus, alter tunicam tenuem indutus est, cominus pugnant, strictisq; mutuum petunt pugionibus: clypeis coniunctis minoribus callidè plagas euitantes. Inscriptio nulla adparet. Nummum eum argenteum uidi apud Petrum Rames Schisanum Venetijs.

In una parte.

6. Claudius obuius sit laurea insignis, læuo aspectu, cum nominis epigraphe uulgata.

In altera.

Cetræ ingentes duæ transuersim positæ, tubæ, pila, bipennis, & uexillum, Germanica manubiæ, quas Imp. post uictoriam Romam detulit, Martiq; adpendit donato Victori. Circumscriptio. DE GERMANIS. Nummum hunc argenteu aliquando uidimus inter Antiquitates. . . . . Venetijs.

In una parte.

Claudius

7. Claudius toga picta insignis, sedet in sella curuli, una lauri tenens ramulum, altera scedam. Inscriptio. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP.

In altera.

Nero depingitur aperto capite, dextra facie, nudo pectore, cum nois epigraphe. NERO CLAVDIVS DRVSVS GERMAN. IMP. Nummum hunc argenteum habet Roma D. Antonius Augustinus.

In una parte.

8. Claudius cernitur Laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. X. P. P. IMP. XVIII.

In altera.

Victoria læuam uiam ingreditur, uolitante tunica, latus aduertens ad intuentem dextrum, dextra manu tunicæ laciniam è pectore subducens, læua caduceum adigens, in caput ante se prorepentis serpentis longissimi. Inscriptio. PACI AVGVSTAE. Nummum hunc argenteum habet Roma D. Antonius Augustinus.

In una parte.

9. Claudius uidetur laurea coronatus, sinistro obtutu, cum nominis titulo. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. X. IMP. P. P.

In altera.

In altera.

Victoria omninò similis proximæ, pari gestu, & incessu, cum eadem inscriptione. PACI AVGVSTAE. Nummum hunc argenteum vidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

10. Claudius videtur aperto capite, dextrorsù intuens, cum nominis inscriptione. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Templum latum octoston Romæ, & Imp. Claudio ab Asiæ civitatibus ædificatum, ut ex Tophori inscriptione, & literalibus literis habetur. Quo medio armati est imago: & Cereris simillimæ dea, una lauream porrigentis, altera tenetis cornucopiæ. In Tophoro legitur. NOM. ET AVG. SACRVM. COM. ASI. Hunc nummum argenteum vidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

11. Claudius videtur laurea coronatus, sinistrorsùm obtuens, cum nominis commendatione. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP.

In altera.

Antonia Claudij mater, capillo lauiter passo, aspectu sæuo, ad Synciput in modu

prætiosum

prætiosum adnodato, cum nois adscriptioē. ANTONIA AVGVSTA. Nummum eum argenteum sum conspicatus apud Dominū Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

12. Claudij facies laureata, læua facies est, ac puerum præ se ferens, adhuc. Inscriptio breuis. TI. C. CLAVD.

In altera

Victoria seminuda auersa ferè tota, pede dextro, globum calcans subiectum, clypeum popliti insistentem, cælum designās. Inscriptionis nil adparet. Nummum eū argenteum uidi Norimbergæ apud D. Georgium Handlerum LL. Doctorem.

Claudij

Claudij Aurea.

In una parte.

1. Claudius Laureatus, dextra facie expressus est, aduerso ad nos dorso, apertoq̃, cum inscripto nomine. DIVVS CLAVDIVS AVGVSTVS.

In altera.

Currum, (ex eorum genere, quibus in Circensib. ad pompam funebrem utebãtur, Victoriarum undiq̃ imaginibus suprã infraq̃ affabrefactum, ac ornatum frontispicio,) cuius summa coronide subsilientes equos quatuor, palmifera, præuiaq̃ antestat Victoria. In sponda autem posteriore est & alia, palmifera item, (sed extensa dextra Lauream tenens) equi phalerati trahunt quatuor sinistrorsum. Subscriptum. EX S.C. Hic aureus nummus mediocris apud D. Bilibaldum Incuriam Norimbergæ seruatur.

In una parte.

2. Claudius Laurea decoratus est, sinistra facie, cum nominis titulo. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P.M. TR. P.X. IMP. P.P.

In altera.

Victoria cito passu ad Læuã uiã intendit, sublata

sublata è pectore tunicæ summæ lacinia, læua defigens caduceum. Quam ante serpens longus repit. Inscriptio. PACI AVGVSTAE. Nummum hunc aureum uidi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

3. Claudius adest laureatus, læua facie, cum nominis commendatione. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. P.M. TR.P. IMP. P.P.

In altera.

Corona ciuica imprimitur, cum tali monumento beneficia Imp. commendante. S.P.Q.R. P.R. OB. C.S. Nummus hic aureus à me uisus est apud Patriarchã Grimanum Venetijs

In una parte.

4. Claudius uidetur dextro aspectu, nudato capite, cum nominis titulo. TI. CLAVD. CAESAR AVG. GER. P.M. TR.P. IMP. P.P.

In altera.

Currus elephantorum quatuor affabrefactus, dextrorsum rotatus. Cum Claudius deaui Auauiæq; honori construendo, & memoriæ perpetuæ, (cuius in scæna Diui, Augustus, & Liuia sedebant, dijs pares & conformes superis) circensibus decreuit. Circum. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CAES. Supra belluas. EX S.C. Nummum eum

aureum

aureum uidi aliquando apud D. Bilibaldi. Incuriam Norimbergensem.

In una parte.

5. Claudius uidetur laurea decorus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P.M. TR. P. IMP. P.P.

In altera.

Veronis adolescentis effigies ad dextram conuerso ore, toga calantis pectus aduersum. Circumscriptio. NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERM. PRINC. IVVENT. Nummum hunc aureum uidimus aliquando apud Petrũ Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

6. Claudius obuiam uenit læuo ore, laurea coronatus, cum nominis monumento. TI. CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P.M. TR. P. P.P.

In altera.

Agrippina, Claudij uxor, Cererem forma refert, spicea corona ornata, uenustissimo ore, uelato pectore, cum nominis epigraphe. AGRIPPINAE AVGVSTAE. Nummum hunc aureum nobis commonstrauit D. Antonius Augustinus Roma.

In una parte.

7. Claudius cernitur dextro uultu, nudato capite, cum uulgata nominis commendatione.

In altera.

Fornix

fornix dyspilos, seu arcus triumphalis, Britannico, Claudij patri erectus: cuius in fastigio nimirum victoris armati, hastatiq; equestris est statua posita, inter luculentissima illa trophæa duo, quæ ex hoste superato retulit in patriam: quod è frontispicij inscriptione liquet. DE BRITANNIS.

Nummum aureum vidisse me recordor apud Reuerendiss. D. Patriarcham Grimanum Venetijs.

In una parte.

8. Claudius depingitur laurea decorus, sinistro obtutu, cum nominis epigraphe. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Congratulationis, seu fidei symbolum, togatq; Imp. aduerso pectore, et Prætor armatus, peregrè rediens, dextras simul iungunt, amicitiæ fœdera restaurantes, ut Inscriptio attestatur. PRAETOR RECEPT. Nummum hunc aureum vidisse me recordor apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

9. Claudius videtur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Carpentum obtectum, undiq; Victorijs sculptū, quod

quod quadrijugæ trahunt equæ, niueæ, dextro itinere, totidemq; è fastigio anteriori subuolant. Cuius tecto Victoriæ hinc̃ide constitutæ præmiatrices. Id ad honorem defunctæ Antoniæ Augustæ piæ matris, & Pompam Circensibus decernendum officiosè curauerat Claudius. Sine ulla literarum nota. Nummum eum aureum nos conspeximus apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte

10. Claudius cernitur laureatus, læuo ore, cum nominis monumento. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P. IIII.

In altera.

Aquæ Claudiæ ductus, portis duabus, muro, duobusq; propugnaculis præmunitus, (eius adhuc hodie sunt uestigia, ad spolia Marij.) quo medio sub templo dypilo Imp. statua cernitur, & signum uicinum militare Aquila. In Zona operis lata legitur. IMPE. RECEPT. Nummum eũ aureum uidi apud D. Joannem Jacobum Fuccherũ Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

11. Claudius cernitur laurea corona decorus, sinistro obtutu, cum nominis circumscriptione. TI. CLAVD. CAESAR AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Constantia

t.

Constantia Dea sedet in sella eburnea, tunicã & patagium induta, dextræ manus indice eleuato iureiurando infractum animum probans, læua utero imposita. Circumscriptio. CONSTANTIAE AVGVSTI. Nummum hunc aureum uidi apud D. Athellem Maphæum Romæ.

Claudij

Claudij Græca Aenea.

In una parte.

1. Claudius & Agrippina sibi mutuo contrariè oppositi exprimuntur, hæc in dextro cornu nummi, tutulo, curaq3 capillorum speciosissima, pectore uelato, aduersoq3. ille coronatus laurea, aperto pectore, auersoq3. Inscriptio. ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.

In altera.

Victoria sinistro itinere ingreditur, signo militari onusta, quod humero portat, dextra patagij partem in sinum ad os usq3 sustollit. Ad cuius pedes flexuosus serpens, sinistrorsum erepit. Inscriptio obscura est. ΤΕΣΣΙΟΣ ΦΙΛΟΝΑΤΣΙΣ. ante eam circa pectus. Σ. ΜΥ. Sunt nummi æreum amplitudine mediocri Sebastian. Erizzus Venetus habet.

In una parte.

2. Claudius occurrit, in læuam positus, laurea redimitus, pectore aperto, antegdæ stella signum additum. Inscriptio. ΤΙ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Taurilorum monumentum habetur, à Claudio editorum. Iam opimus Taurus prodit

prodit irritatus, retortis inter crura cornibus, obuium feriturus, inflexoq; ad pectus crure sinistro, hostem, quem prostrauerat, obtriturus, cum inscriptione summa. ΑΥΤΟΚΡΑ. ima tali. .L B. Hunc nummum æreum grandem habet Sebastianus Erizus Venetus.

In una parte.

3. Claudius senex effigiatur, læuo intuitu, et subiecta mento stella. Inscriptio. ΤΙ. ΚΛΑΥ. ΚΑΙ. ϹΕΒΑΣΤΟΣ. ΡΑΤ.

In altera.

Hippopotamum uidere est, sinistrorsum pergentem, supraq; eum legitur. ΑΥΤΟΚΡΑ. infrà sunt literæ. L. R. Nummus hic æneus magnus apud Iuliũ Calestanum Romæ à nobis delineatus ẽ.

In una parte.

4. Claudius obuius fit, dextro uultu, non coronatus, pectore nudo, auersoq;. Inscriptio. ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Diana succincta cernitur, quam ceruus comitatur, læuo obtutu, ambabus statuas, hinc Palladium, illinc uictoriam præmiatricem, lauream præbentem tenens. Inscriptio plena habetur. ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔΟΣ. Hunc nummum mediocrem

æreum

53

ereum habet Petrus Ramnes Hispanus Venetijs.

In una parte.

5. Claudius respicitur, sinistra facie, non coronatus, cum nominis sui titulo. TI. CLAVDIVS CAESAR.

In altera.

Corona laurea, cum inscriptionis maxima parte conspicitur. KOINON KYΠΡΙ.... Aereus hic nummus apud Franciscum Venierum Venetum à me uisus est Venetijs.

In una parte.

6. Cephalicon uiri, fluuium referentis quendam, promissa barba, humectata, facie laua, coronatus Tropha herba, & impressum sub collo cornu, è cuius ore sinistro eminet tenus umbilicum puer, læua manu * bifurcum, nescio quid egerente. Adscriptio autem hæc adalita fuit. AYTO. KAA.

In altera.

Claudius adpingitur, sinistrorsum intuens, laureatus, cum inscriptione satis obscura. IK. MTXAI CEBACTOC. & sub mento. II. Nummus hic æneus apud D. Andream Lauredanum à me uisus est, dum uersaremur Venetijs.

In altera.

Claudius

7. Claudius conspicitur, dextro uultu, aperto capite, cum adlito sui nominis titulo. KLAYAIOE KAIEAP TEPM.

In altera.

Claudium Antoniamq; uidebis, mutuis gaudentes aspectibus, hanc tutulo capillum comprimente, ricaq; caput tegente conspicuam, illum, uerò sine ullo decore. Inscriptio. PIETAS CLAV.... ANTONIA. Apud Petrum Ramos Hispanum Venetijs hunc numinum uidimus areum mediocri amplitudine.

In una parte.

8. Claudius effiguratus est, facie laeua, laurea ornatus: adlitaq; nominis eius ascriptio graeca. TI. KLAYAIOE KAIEAP TEPMANIKOE EEBAETOE.

In altera.

Augustus et Liuia aduersis inter se uultibus expressi. In sinistro Augustus ornatus, illa uerò uelata, tutulataq;, pietatem repraesentans. Inscriptio nonnihil corrosa erat. ... POE KLAY. TEP. Nummus hic areus magnus apud D. Rinaldum Adonem Venetum à me uisus est.

In una parte.

9. Claudius uidetur laureatus, laeua facie, cum nominis graeca epigraphe. TI. KLAYA. KAIE.

ΚΑΙΣ. CEBACTOC. Ad eius summum pectus stella adparet.

In altera.

Rhinoceros ad lęuam uiam incedit. Sup. ARTOXEA. infrà. L.H. Nummum hunc aneum mediocrem apud me domi conseruo.

Claudij uxores .VI.

AEMILIA LEPIDA. I.

LIVIA MEDVLLINA
CAMILLA. II.

PLAVTIA HERCVLANILLA. III.

Ex qua Drusus Pompeius Cæsar, & Claudia, ei nati sunt.

AELIA PAETINA. IIII.

Ex qua Antonia Augustæ ei nata est.

VALERIA

VALERIA MESSALINA AVGVSTA. V.

Ex qua Germanicus, qui & Britannicus Cæsar, & Octauia Augusta, uxor Neronis, ei nati sunt. Eius Nummismata hæc sunt:

Messalinæ Aenea.

In una parte.

1. Messalina expressa est, calamistrata coma, ad collum adnodata, ad sinistram intuens, uelato pectore, cum inscriptione tali. VALERIA MESSALL ... AVG.

In altera.

Claudius effigiatus est, ad læuam intuens, nulla corona conspicuus, cum inscriptione. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. Hic æreus nummus est apud Sebastianũ Erizum Venetum.

Aenea Græca.

In una parte.

1. Messalina occurrit, læua facie, capillo compto, intortoq̃, inauri præterea ornata, pectore aperto. Inscriptio ex parte intercidit ..... E. MESSALINA.

In altera.

Claudius cernitur, facie læua, inornatus, aliquot tantum literis adparentibus.

TI. KLA..

ΤΙ. ΚΛΑ... Nummum hunc æreum mediocris amplitudinis apud D. Stephanum Magnum delineauimus Venetijs.

In una parte.

2. Messalina ad læuam intuens, capillo comptissimo, cincinnato, ad ceruicem adnodato, pectore cooperto, cum portiuncula inscriptionis..... ΣΙΟΣ.....

In altera.

Claudius effiguratus est, ad sinistram partem intuens, sine corona, ubi nullum inscriptionis adparet uestigium. Hic æreus nummulus apud Amerigium Amerigij Bononien. uisitur.

AGRIPPINA AVGVSTA. VI.

Germanici fratris sui filia, Neronis Imp. mater, cuius fraude ipse occisus est. Eius nummismata hæc sunt:

Numismata Aenea.

In una parte.

1. Agrippina depingitur læuo obtutu, peruenusto, capillo calamistrato, in syncipite nodo aureo reuincto, ac in collum humerosq; prominulo, tunicam, ac patagiũ induta, cum nominis epigraphe. AGRIPPINA M.F. GERMANICI CAESARIS.

In altera.

In altera.

Titulum solum reperio, in circularem formâ digestum huiusmodi. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P.M. TR.P. IMP. P.P. in medio. S.C. Supra hos duos characteres Monetalis Duumuir sigillum addidit. N.C.A.P.R. Nummum hunc æneum amplissimum nobis commonstrauit Romæ D. Achill. Maphæus.

In una parte.

2. Agrippina Germanici filia depicta est, uenusto aspectu oris, læuo, capillo undulatim intorto, ad Synciput in nodum aureum reuincto, cooperto pectore, cum nominis titulo. AGRIPPINA M.F. GERMANICI CAESARIS.

In altera.

Titulus solus circularis legitur. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P.M. TR.P. IMP. P.P. in medio. S.C. Nummus hic æneus à me uisus est apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

3. Agrippina filium Neronem coniunctis ferè cum illo labris proximè intuetur, elegantèr compta, capillo ad Synciput in nodum colligato aureum, tecto pectore, Circumscriptio. AGRIP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CAES. MATER.

In altera.

In altera.

Corona civica cum medijs literis. EX S.C.
Circum. IMP. NERONI CLAVD. DIVI F.
Nummum hunc aneum, argenteum, aureumq; habet Roma D. Antonius Augustinus.

In una parte.

4. Agrippina depingitur incornata, coma intorta undatim, ad ceruicem dependula in cincinnis, ad Synciput obuincta in nodo aureo, tecto pectore, sinistro uultu, cum tali inscriptione. AGRIPPINA M. F. GERMANICI CAESARIS.

In altera.

Titulum in circulo legimus. TI. CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. infrà. N. C. A. P. P. in medio. S.C. Hunc nummum aneum uidimus apud D. Antonium Augustinum Romae.

Aeneum Graecum.

In una parte.

1. Agrippina expressa est, ad laeuam intuens, capillo elegantèr composito, tutulo decentèr coërcito, ad ceruicem connodato, pectore tecto, cum inscriptione mutilata.
ΘΕΑ ..... ΕΒΑΣΤΗ.

In altera.

Claudius

Claudius ad dextram respectans, sine decore ullo capitis, cum adscriptione tali: TI. KLAYΔIOC KAIC. CEBAC.

Tyrannus sub Claudio.

M. FVRIVS CAMILLVS
SCRIBONIANVS.

NERONIS.

NERONIS. Aenea. 312.

In una parte.

1. Nero uidetur laurea coronatus, sinistro obtectu, cum nominis commemoratione.
IMP. NERO CAESAR AVG. PONT. MAX. TR. POT. P.P.

In altera

Aurea domus Neronis porta, tetrapiles, (nisi arcum dicas triumphalem) senatus consensu aedificata, sertis ornata penaulis. Opus ornatissimum, & forma spectabili. Bases Victoriarum, & iubilorum formis sculptae sunt. Latere in dextro Martis statua, Victoris, hastati ac scutati. In coronae duobus angularibus limbis extremis praecipites Victoriae, cum laureis corollis, & palmulis: è fastigio quadriga in nos currit Victor. Hinc Pacis simulachrum, cum oliuae ramulo, & cornucopiae, inde Victoria Trophaeum ostentat Parthicum. Hincinde. s-c. Nummum hunc aeneum peramplum Romae uisendum D. Antonius Augustinus, & ego domi habimus.

In una parte.

2. Nero cernitur laurea coronatus, obtectu laeuo, cuius pectore summo loricae pars

adparet

adparet iniectæ, cum nominis elogio. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Portus Ostiensis repræsentatur (à Claudio multis annis, & ægrè factus, authore Suetonio) in circularem formam redactus: quarè eum consule, super eius operis magnitudine, forma, & difficultate. Nos Ichnographiam describemus. In hoc, ut tuta in statione nauium omnis generis copia conquiescit. stant ibi triremes, biremes, quinqueremes, Prætoria, remulci, lembi, scaphæ, lyntres, onerariæ, traiectoriæ, & aliæ plures. Summo eius in ore, qua parte in inferum mare itur, * Portumni Dei statua est, in columna alta posita. In imo, qua Tybris alueum infert aquarum * Neptunus humi positus nudus, una manu clauum tenet, altera alludentem Delphinum. Suprà legitur. AVGVSTI. infrà. S. P. Q. R. OST. C. Hunc nummum æneum, amplum, pulchrum, nos domi commonstraturi sumus.

In una parte.

3. Nero uidetur laureatus, læua facie, cum nominis inscriptione. IMP. NERO CAESAR AVG. P. M. TR. POT. P. P.

In altera.

Munificentiæ Aug. congiario elargiendo populi

populi in se beniuolentiam captantis. Spectaculum idem, sed aliter paulò ac superiùs repræsentatum. Nam hic suggestus est eleuatior, ac in parte dextra. Idem est donatori cultus uestis. Comes adstat Pallas. Ante sedet Tribunus mandatorum executor obligens, ad gradus populares uir stat, donum auidè expectans. Supra hunc Annona in limbo suggestu, tesseram altè commonstrans. Circumscriptio conuenit, remq; canalem commemorat. infrà etiam. S.C. Nummum eum æneum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

4. Nero uidetur laurea candidatus, læua facie, cum nominis monumento. IMP. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P.M.TR.P. P.P.

In altera.

Templum Jani quadratum, tetrapylum, clusum, sertis, ac frondibus circumquaque obuestitum, pendulis, cum tali Epigraphe. PACE P.R. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. Hinc inde. S—C. Nummum hunc omnium perlatum ego domi commonstrare possum.

In una parte.

5. Nero cytharœdus irradiatus, togatus, in umbilico nummi expressus Orphea repræsentat, carminis dulcedine omnis generis

feras

u.

feras congregantem, & allicientem. Supra cuius caput Aquila explicatis alis adparet.

In altera.

Curru triumphali quadrijugarum equarum Hermophroditarum dextrorsum muebitur Imp. Nero, Apollinem ipsum referens, irradiatus, toga aurea spectabilis, manibus cytharam gestans: humeris phareteram. quem à tergo astans Victoria Laureapponat. In triumphi pompa (quem ad Musicis egit Neapoli) fercula instrumentorum omnis generis circumferuntur. Inscriptio. APOLLINI INVICTO CAES. AVG. Nummum hunc aeneum rarum vidi Geneua apud Scrutarium quendam.

In una parte.

6. Nero videtur Laureatus, laeua facie, summo cuius pectore Loricae pars precipua adparet, Medusae caput, cum capillis colubrinis, cum nominis Epigraphe. NERO CLAVDIVS CAESAR. AVG. GERM. P.M. TR.P. IMP. P.P. In alio. conuersa facie ad dextram, absq; Lorica.

In altera.

Eques Nero armatus, thoracatus, paludatus, laurea decorus, dextra telum librans, ad laeuam uiam decurrit ocissimè, quem labariter praeit, pari passu, sequiturq; proximè scutatus miles, ambo armati.

infrà.

infrà. DECVRSIO. Nummum hunc æneũ utrumuis ego domi possum commonstrare, ubi feret oportunitas, satis uenustum, & grandem.

In una parte.

7. Nero cernitur laurea decorus, læua facie, cum nominis memoria. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Cybele Deûm mater, curru suo (quem duo trahunt leones ad dextram uiam) uehitur, in eo recubanti similis, dextra in spondaꝫ demissa curri, læua capiti subdita. Rector animalibus regundis præest. Famularũ Deæ una præit pompam, altera officijs parata propter greditur, Ego Bacchum dixerim uino ebrium altè dormientem, uectoresqꝫ Tygres, Silenum Aurigam, Faunũ pompæ præambulum, gesticulatorem petulantissimum, ministramqꝫ Baccham inter thyasos cauere sollicitè, ne temulentus excidat pater. In nubibus id spectaculum est. Nummum eum æneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

8. Nero cernitur irradiatus, læuo uultu, cũ nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

u.ij.

In altera.

Ara Pacis effigurata est. Cuius in anteriori facie, Roma Domina insculpta est, in manubijs sedens hostium, ac fœcunditas matronali habitu, et alia. Eiusmodi S-C. infrà. ARA PACIS. Nummum hunc æneum domi meæ seruo.

In una parte.

9. Nero conspicitur inuadiatus, læua facie, thoracem, ac paludamentum inductus, aduerso dorso, cum nominis Epigraphe. IMP. NERO CAES. AVGVSTVS.

In altera.

Trophæum è Germanorum spoliis collectus, è quo Victoria triumphum dedit (Neroni) è galea, clypeis, sago, thorace, astratisq; humi prope alligatam prouinciam, tumulatam, sublapsa facie, grauiterq; ingemiscentem, clypeo, pelta, arcu, pharetra. Inscriptio. P.M.TR.P. . . . . Inferius. S.C. Nummum hunc æneum magnū uidimus apud Joannem Baptistam Statuarium Nantuæ.

In una parte.

10. Neronem uidimus laureatum, læuo obtutu, hac nominis adscriptione ornatum. NERO CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera

Congiarium populo Imp. è suggestu togatus,

in sella

in sella sedens curuli, eburnea, sauo angulo depictus, protensa dextra, iubentis more, dari curat. Ante eum est Summa capite corbem refertam diuersissimis frugibus tenens. Ad suggesti pedem Tribunus tesseram dextera sustollit, cui adstans plebeius, sinum aperit, ad accipiendum munus. Inscriptio. CONGIARIVM PR. DAT. Subtus est. S. C. Nummus hic æneus à me conspectus est apud Sebastianum Erizum Venetijs.

In una parte.

11. Nero cernitur laurea decorus, sinistro uultu, summo cuius in pectore lorica particula adparet, cum tali epigraphe. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Suggestus non admodum editus, ante Prætorij fores ferè collocatus. Equo cum militibus pro concione Imp. adstante ad tergum (Tribuno) dextra altè proiecta, sauia schedam habens, habitu astrensi, orationem habet. Stant oratioris auiati exceptores Signiferi armati, accincti gladijs breuioribus Romanis. Circumdat. S. C. infrà. ADLOCVT. COH. Nummum hunc æneum Anaglyphon amplum perelegantem domi meæ seruo.

In una parte.

Nero

u. iij.

12. Nero laureatus, ad sinistram partem conuersa facie, nudo pectore, ubi Gorgonis caput pusillum uidetur. cum inscriptione. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. PONT MAX. TR. P. P.P.

In altera.

Suggestus affabrefactus, uarijs, nimirũ lupæ, Tygrium alijsq̃ figuris sculptus collocatus, super quo Nero Imp. in sella sedet curuli, togatus, dextra genu dextro imposita, sinistra schædam tenet. Proximè Imperatorem Pallas, hastata, Victoriam præmiatricem dextra tenens, ut quæ lauream Imperatori donet. Est & Annona, dextera tesseram altè eleuans, sinistram ouato clypeo imponens. Ad pedes Imp. Tribunus donaria præbet. Nam per gradus ascendit plebs (ea imaginis typo exprimitur togata, ad manum puerum ducentis) ad suscipiendũ congiarium. Facti testis est inscriptio. CONG. DAT. POP. Magnus hic nũmus ex ære Corinthio apud Bilibaldum Incuriam Norimbergensem uidendus est.

In una parte.

13. Nero uidetur laurea coronatus, flexis ad dextram partem oculis, cum nominis elogio. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. In alio ære, albo nimirùm, uultus est contrarius.

In altera.

In altera.

Roma triumphatrix, uictrixq; superba hostium spolijs, in aceruo spoliorum sedens, thorace nimirum, & clypeis, telis, arcu, pharetraq;, exerta papilla dextra, tunicam castrensem inducta, una manu Victoriam tenet, laureæ donatricem, altera in manubio parazonij, quo cincta est, impressa, galeam capite gerens, pede dextro ereptam barbaris cassidem conculcans. Hincinde. S-C. infrà. ROMA. Nummos hos ex ære, rubro alboq; apud me domi seruo.

In una parte.

14. Nero accedit corona ciuica ornatus, facie dextra, aperto pectore, cum nominis titulo. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P.M.TR.P. P.P.

In altera.

Roma triumphatrix Panopliæ insidet, galeata, tunicata, patagiata, una Victoriam præmiatricem gestans, altera hastile. Inferiùs. ROMA. Nummum istum amplum, ac uenustum R.mus Patriarcha Grimanus Venetijs nobis ostendit.

In una parte.

15. Nero effigiatur laureatus, dextrorsum intuens, cum nominis Epigraphe. IMP. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P.M. TR.P. P.P.

In altera.

u.iiij.

In altera.

Roma in magno spoliorum barbaricorum cumulo sedens, tunicam castrensem induta, ocreata, galeata, dextra manu Victoriam tenens præmiatricem, læua summa hastâ. Hincinde. S-C. infrà. ROMA. Nummum hunc æneum magnum Romæ habet D. Antonius Augustinus.

In una parte.

16. Nero conspicitur laurea candidatus, læua facie, cum nominis circumscriptione. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Cereris & Annonæ colloquium. À dextris stat hæc tunicata, patagiata, dextra lateri adhibita, subnitentis instar, læua tenens Cornucopiæ, sedentem ex opposito Cererem affatur, reddit illa adloquenti sermonem, pari habitu induta, congiumq; in media ara positum spicis impositis opplere uidetur, læua habens ipsa facem accensam lustralem. Media inter ea duo numina prætereà nauis est oneraria, deuehendo frumento. Circum. ANNONA AVGVSTI CERES. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum Romæ habet D. Antonius Augustinus, ac ego domi.

In una parte.

Nero

17. Nero delineatus est, laureatus, ad lævam intuens, pectore nudo, cum inscriptione tali. IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX. Ob os eius tale est signum. ✠.

In altera.

Munus populo Romano datum ab Nerone Typice demonstratur. Nam medius Imp. togatus, sub porticu arcuata, ad mensam stat, dextra sinistraq̃ collocatis, hinc uiro, inde mulieri, suam cuiq̃ portionem dans, cum ijsdem sermonem habet. infrà. solæ hæ literæ erant. . . . . AS. nescio an reliqua nobis uetustas inuiderit. Aeneus hic orbis P. Aloysij Manlilij Romani est.

In una parte.

18. Nero cernitur laurea decorus, sinistrorsũ obtuens, cum nominis commendatione. IMP. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Nauis Prætoria bellica, gẽminis instructa Propugnaculis, unde in hostem cõmodè iaculari, aut tela conijcere liceret, ad dextrum mare fertur. In qua soli remiges eminent collo tenus, in transtris collocati. Inscriptio partim suprà, partim infrà. ADVENTVS AVGVSTI. Super nauẽ. C. P. Nummum eum æneum uidi alq̃n apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una

In una parte.

19. Nero occurrit coronatus tempora lauro, sinistrorsum obtuens, cum nominis epigraphe. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P.M. TR. P. IMP. P.P.

In altera.

Roma victrix et triumphatrix in magno et copioso aceruo spoliorum sedens, ad læuam conuersa oculorum acie (superiores contrariam plagam intuentur) galeata, tunicata, exerta papilla dextra, læuo cubito secure in clypeo suo innitens, lupa gemellorum nutricis figuram habente ad ornatum, inter galeam, aliaq; spolia humi resperſa impoſito, læua ſceptrum tenens. infrà. ROMA. ſtincmale. S-C.

Nummus hic æneus latus à me commonſtrabitur domi meæ, ſatis Laudabilis.

In una parte.

20. Nero effigiatur laurea coronatus, dextro ore, cum nominis titulo. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P.M. TR. P. IMP. P.P. In alio. Nero uultum ad læuam uertit, contractiorq; est titulus. Nero Laud.

In altera.

Equites. Nero armatus, thoracatus, paludatus, & labariſer armis etiam inſultus, ætatis equis læuam uiam percurrunt. Imp. Longam dextra librat haſtam. Sup ferè, hincinde. S-C. infrà. DECVRSIO.

In alio.

In alèo in dextrum itiner decurritur, & ut hic pectoribus sunt magis conuersis, in illo sunt obuersis dorsis, paludamentum q3 ex Imp. humeris altè subuolat. Litera sunt conformes alioquin. Nummos hos æreos D. Antonius Augustinus Romæ, & ego dòmi commonstrabimus.

In una parte.

21. Nero effigiatur laureatus, læuo obtutu oris, cum nominis epigraphè. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Suggestus pro Rostris constitutus. è quo sedens Imp. in sella curuli, corona aurea decorus, tunica palmata, toga q3 resplendens picta, cui assidèt togatus Tribunus, cum populò quem donis ornat, loquitur. Nam accedentem plebeium toga in sinum amplum explicata, subter suggesto collocatus tesserarius minister, diuidendò congiario, inæquales portiones, ex Imp. mandato lætum dimittit, accepto munere. His omnibus superior apparet Minerua galeata, Ægidè munita, una nocturnam auem habens, altera hastam. Circumscriptio loco historiæ est. COS. II. DAT. POP. infrà. S. C. Nummum hunc æneum magnum dòmi ego habeo.

In una parte.

Nero

22. Nero cernitur laurea coronatus, dextro ore, cum nominis titulo. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P.M.TR.P. IMP.P.P.

In altera.

Nero personam habitumq; mutuatus Aurigæ Equa Specie' sæpe spectaculum exhibere' solebat in hortis suis, ac Circenses factiones) quadriga victrici contra Spectatorem uehitur celerrimè, una tenens scutam adigendis equis, horum in capitibus in summis iubis palmulæ sunt infixæ, altera tenens palmæ ramum. sub curru etiam transuersæ duæ palmulæ cernuntur. Suprà. ERYTHRVS. Hunc nummum æneum memini me uidisse' apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte'.

23. Nero conspicitur aperto capite', dextra facie', cum nominis epigraphe'. IMP. NERO CAESAR AVG. P.M.TR.P. P.P.

In altera.

Victoria celeriter dextrorsum it, uolitante habitu, dextra ad genua ferè demissa clypeum tenens, talibus signatum literis. S.P.Q.R. Læua ad thoracem adducta. Felicitate'. S-C. Nummum hunc æneū ego & D. Antonius Augustinus habemus

In altera.

24. Nero habetur, dextra facie', laurea insignis, aperto

aperto collo, cum inscriptione nominis circumiecta. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. P. P.

In altera.

Eques Imp. Nero galeatus, thoracatus, paludatus, ex equo phalerato, sinistrosum decurrente, altè uibrato telo, ab humo sese attollere nitentem barbarum traiecturus adparet. Inferiori loco. S-C. Nummum hunc æneum mediocrem apud me custodio.

In una parte.

25. Nero uidetur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. NERO CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera.

Lectica ad toruma elaborata, ornataquè amphitappis, cui insidet pube tenus uir nudus, dextra manu porrecta, quidpiam indicantis instar, læua innitente in ceruical, quam circum tunica obuoluta est. Lectisternium hic repræsentatum autumē. sine ullis literis, nisi quis Fortunam dicat quietam. Nummum hunc æneum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venet:

In una parte.

26. Nero uidetur, dextrorsum intuens, laureatus, & sub eius mento lituus adpressus est. Inscriptioq; addita. NERO CAES. AVG. COS. IIII. IMP. XIIII. P. P.

In altera.

In altera.

Par boum iugatorum sinistrorsum togatus imp. agit, et quatuor suo quæq; ordine cõstituta labara, post bestias, legiturq; inter-medijs spacijs inter eadem istiusmõi monumentum. COL. CEST. Extat et circumscriptionis frustum tale. COL.V....

Nummum hunc æreum magnum uidimus aliquando apud Ieneam Vicum Parmen. Venetijs.

In una parte.

27. Nero uidetur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. NERO CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera.

Victoria superiori persimilis, nisi quòd ad pectus hæc scutum tenet, cum eod. monumento. S. P. Q. R. Sincinale. S-C.

Nummum hunc æreum apud D. Antonium Augustinum Romæ, et apud me domi, ubilibet uisant studiosi.

In una parte.

28. Ara imposita noctua, cum inscriptione NERO CLAV. CAE. AVG. IMP.

In altera.

Lauri ramus, cum literis literalibus. S-C. Circum. P.M.TR.P.IMP.P.P. Hunc nummum æreum ego domi ostendam studiosis.

In una

In una parte.

29. Nero cernitur radiatus, læuo aspectu, cũ nominis titulo. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Dea celeri Victoria gressu, læuum incedit iter, tunicam uento perflante corollam dextra porrecta commonstrans, palmãq; sinistro immittens humero. Hincinde. S-C. Circum. VICTORIA AVGVSTI. II. Nummum hunc æneum ego domi hẽo.

In una parte.

30. Nero uidetur laureatus, dextro ore, cum nominis epigraphe. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P. In alio Nero conuersus ad læuam. & Inscriptio. Imp. Nero Cæsar &c.

In altera.

Victoria cito passu dextrorsum currit, uolitante tunica, una lauream altè porrigens, altera tenens palmæ ramum. Hincinde. S-C. Circum. VICTORIA AVGVSTI. Nummum hunc æneum utrũuis ego domi habeo, dabit amico ueniam D. Augustinus, si quem habet similem.

In una parte.

31. Nero uidetur laurea coronatus, dextro ore, cum nominis commendatione. IMP. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. XIII. P. P.

In altera.

In altera.

Roma sedet inter coacervata spolia Barbarica, tunica amicta castrensi, aperta mammilla dextra, manu altera porrecta Victoriam habens præmiatricem, altera summam adprehendens hastam. Simile. s-c. infrà. roma. Nummū hunc æneum ego domi habeo perbellum adhuc.

In una parte.

32. Nero cernitur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P.M. TR.P. IMP. P.P.

In altera.

Ædificij idem ornatus, & decor, quem admodum proximè descripsimus. cum duabus eisdem literalibus literis. Apud me, & D. Antonium Augustinum uisatur æs, satis amplum.

In una parte.

33. Neronem uideo laurea insignem corona, ore sinistro, nominis amplo honoratū titulo. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P.M. TR.P. XIII. P.P.

In altera.

Roma Domitrix orbis uniuersi secura sedet inter arma Barbarica, galeam capite indueta, nudata papilla dextra, tunicata, dextra tenens sceptrum, læua clypeo, cui

immititur

innititur cubitus, imposita. Hincinde. S-C. infrà. ROMA. Nummum hunc æneũ amplum uidi Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

34. Nero effigiatur irradiatus, sinistra facie, cum nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Macellum Neronis deformatur, gradibus multis instratum, duplici columnarum quamplurimarũ ordine eductum, fulcitumq̃, uacuum, ac transparens undiquè. Medio in opere tectum assurgit cicli figura, gradibus paulatim gracilescentibus. Sũmo cuius fastigio Victoria adparet quadriga. Plura fuerunt ea aliquando Romæ, Maximum in Exquiliis, Liuianum in monte Cælio. Suprà. MAC. AVG. Hincinde. S-C. infrà. II. Nummum eum æneum nos conspicati sumus apud Antonietum Romanum Antiquarium Romæ.

In una parte.

35. Nero uidetur laureatus, læuo obtutu oris, cum nominis titulo. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera.

Corona laurea cum baccis. In qua media clypeus est, cum duabus literis. S-C.

Nummum

X.

Nummum eum aeneum memini me uidisse aliquando apud Petrum Rames Hispanū Venetijs.

In una parte.

36. Nero cernitur laurea candidatus, sinistro ore, cum tali titulo. IMP. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P.M. TR. P. IMP. P.P.

In altera.

Corona ciuica, cum tali monumento. MEDINOISAN. Nummum hunc aeneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispan. Venetijs.

In una parte.

37. Nero uidetur irradiatus, laeua facie, cum nominis epigraphe. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P.M. TR. P. IMP. P.P. In alio ore. Imp. Nero. &c. In alio exiguo. Nero Caes. Aug. Imp.

In altera.

Roma Victrix in armis barbaricis incogeriem accumulatis sedet, galeata, breui tunica inducta, dextra manu lauream porrigens, laeuam in paraxonij manica imponens. Infrà legitur utrobiq. ROMAE. Circinate. S-C. Nummum hunc aeneu mediocrem domi ego seruo. In minori paruula. Circum. TR. POT. P.P. infrà. S. C. quae etiam apud me est.

In una parte.

Nero

38. Nero uidetur laurea candidatus, læuo ore, cum nominis epigraphe. NERO CAESAR AVG. IMP.

In altera.

Virtutis simulachrum galeatum, castrensi habitu succinctiore, una lauream porrigit, altera tenens inuersam hastam, globumq; calcat pede dextro. Circumde. EX S-C. Circum. PONTIF. MAX. TR.P.X. cos. III. P.P. Nummum hunc æneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

39. Nero laureatus cernitur, læuo obtutu, cu nominis epigraphe. NERO CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera.

Templum Iani, in porta tantum frondibq ornatum, cum tali monumento. PACE P.R. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT. Circumde. S-C. Nummum eum æneum mediocrem Romæ apud D. Antonium Augustinum, & domi meæ uidere licebit, queis libebit

In una parte.

40. Nero cernitur, laurea decorus, dextro ore, cum nominis epigraphe. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERMANICVS.

In altera.

Roma

Roma triumphatrix in hostium spolijs sedens, tunicam castrensem induta, una coronam porrigit Lauream, altera in paraZonium, quo accincta est, imposita, galeam capite gestat cristatam. Circùm. PONTIF. MAX. TR. P. IMP. P. P. infrà. S. C. Nummum hunc aeneum mediocrem ego apud me domi seruo.

In una parte.

41. Genius irradiatus conspicitur, (inter radios tamen turrita corona interiecta est, occipiti imposita) laeua facie, aperto pectore, eoq; aduerso. Inscriptio. GENIO P. R.

In altera

Corona Laurea superficiem ambit nummi, in qua haec leguntur. INT. S. C. VRB. Eũ nummum aeneum magnum apud dñm Antonium Augustinum Romae uidimus.

In una parte.

42. Nero uidetur laurea decorus, sinistro uultu, cum nominis epigraphe. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. In alio are uultus Imp. radiati.

In altera.

Genius Deus ad pubem nudus, quam tenui strictoq; cælat strophiolo, conuersus stat, dextra patinam tenens in ara, altera cornucopiae. Sincinde: S-C. In alio deest. Circumscriptio. GENIO AVGVSTI.

Nummos

Nummos hos æneos mediocres apud D. Antonium Augustinum Romæ sum conspicatus.

In una parte.

43. Nero videtur laureatus, lævo vultu, armatus, paludatusq3, adverso pectore. Inscriptio. IMP. CAES. CLAVD. TIB. NERO AVG.

In altera.

Navis rostrata, bellica, dextro mari vadit. In puppi supparum prætensum. In throno proreta cavo assidet. Remiges in foris collocati. Super navem proximè sunt literæ. C. P. Superscriptio verò talis habetur. ADVENTVS AVGVSTI. Sic nummus æreus mediocris apud Francis. Venierum videtur Venetijs.

In una parte.

44. Nero & Agrippina sese offerunt, ad sinistram versi, contigui, Nero laureatus, pectore nudo est, Agrippina velato, tuculata. Inscriptionem abolevit Vetustas.

In altera.

Pegasus elatus est, ad sinistram sub vno latus. Inscriptionem deletam tibi reddere nequivimus. Apud D. Achillem Maphæum Romanum nummum hunc vidi.

In una parte.

45. Nero cernitur laureatus, lævo obtutu, cum tali titulo. NERO CLAVDIVS CÆSAR AVG. GERMANICVS.

In altera.

In altera.

Psaltria cytharam pulsat, accinitq̃, ludis scænicis (quoeis Nero persæpe personam mutuatus sese immiscuit, coronamq̃ obtinuit nõ infræquenter.) cum pedum symphona gesticulatione. Circumscriptio. PONTIF. MAX. TR. POT. IMP. P.P. Nummum hunc æneũ mediocrem ego & D. Antonius Augustinus habemus.

In una parte.

26. Doryphorus bellus, caramitus, quem in sũmis delicijs habuit Nero, ut cui nuptias fecerit, quemq̃ coniugis loco habuit (quod in eiꝰ uita legere est.) in lecto sertis ornato, cubat. Impudicum uirginibus oculis spectaculum. Extrema sponda sceptrũ Aquilatum, supra uerò lectum, laurea adparet.

In altera.

Corona laurea impressa est, cum centralibus numeralibus. XI. Aeneam hanc paruulam, stypem appellatam, Romæ nobis D. Achilles Maphæus spectandam dedit.

In una parte.

27. Nero uidetur radiatus, læua facie, cum nominis epigraphe. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERMAN.

In altera.

Nero

Nero cytharædus stat in scæna. Id de se spectaculum personatus militi & populo uniuerso exhibebat, Attin & Bacchas canens. Queis ludis sæpius coronam meruit cytharædorum. Hincinde. S-C. Circum. PONTIF. MAX. TR. P. IMP. P. P. Nummum eum æneum mediocrem uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum, aliumq; illi similem ego habeo domi meæ.

In una parte.

48. Nero radiatus depingitur, læuo uultu, cum nominis elogio. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Securitas repræsentata in alto solio sedens, ad pubem nuda, sinistrorsum intentiorib. oculis, subdita syncipiti dextra, securè quietem capientis instar, læua tenens hastam. Propter Deæ pedes ara sertis obuincta, & uerbenis respersa, suauè olentibus. Antequam è solo transuersa* fax exurgit. Hincinde. S-C. Circum. SECVRITAS AVGVSTI. infrà. II. Nummum hunc æneum mediocrem Romæ D. Antonius Augustinus ostendit, alterumq; ego domi ex ære Albicante, satis uenustum adhuc.

In una parte.

49. Nero irradiatus uidetur, læuam intuens, cum circulari titulo. NERO CLAVDIVS CAES. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

In altera.

Pons deformatus est elegantissimo opere, quatuor fornicibus instratus, cum supra annotato. COL. infra. EX CONSENS. Sic areus nummus mediocris Romæ alicubi apud Julium Alesianum est uisus.

In una parte.

50. Nero depingitur, laurea coronatus, læuo aspectu, aperto collo, cum huiusmodi Inscriptione. IMP. NERO CAESAR AVG.

In altera.

Victoria palmifera, sinistrorsum euolat, manu dextra Lauream porrigens. Inscriptio. VICTORIA AVGVSTI. Inferius est. n. Apud Petrum Rames Hispanum numum hunc æreum mediocrem uidimus Venetijs.

In una parte.

51. Nero radiatus incedit, dextro uultu, aperto collo, cuius è superficie nummi uetustas exedit nomen.

In altera.

Drusus est aperto capite, ad dextram uersus, intentis oculis, nudo collo, Degn huius nomen seruari quidem potuit. Nummum istum ex ære mediocriter amplum D. Antonius Augustinus nobis commonstrauit Romæ.

In una parte.

52. Nero adparet laureatus, ad dextra conuersus,

cum

cum inscriptione. NERO CLAVDIVS CAESAR GERMANICVS IMP. PONT. M.

In altera.

Victor Nero armatus, stat, utraq; manu signa militaria infixa tenens, cum epigraphe. PRINCEPS IVVENT. infrā. S.C. Aereus paruus hic orbis apud Amerigium Amerigij Bononien. uidetur.

In una parte.

53. Nero uidetur Laureatus, laeuo obtutu, cum breui titulo. NERO CAES. AVG. IMP.

In altera.

Ara quadrangularis alta ponitur, in cuius fronte pegasus sculptus est, et adpositus in solo clypeus. In summa mensa trulla, et corona facundia conspiciuntur, cū nota media. S. (nescio si lituum dicam) Neronianorum certaminum memoria certe est, ut ex circumscriptione colligitur. CERT. A. QVINQ. NOM. CON. infrā. S.C. Numulum hunc æneum ego domi commonstraturus sum.

In una parte.

54. Nero puer ferē effigiatur, dextra facie, togatus, cum nominis epigraphe. IMP. NERO CLAVD. CAES. DRVSVS GERMANICVS.

In altera.

Signa religionis sunt impressa. Sympulū in lebete (siue ara tripode) lituus ad patinam.

patinam. Circumscriptio. SVPRA NVM....
OSTI NOM. N. CONL. Nummulum hunc
æneum ego domi meæ seruo.

Neronis Aenea Probatiora.

In una parte.

1. Nero conspicitur, lauro coronatus, læuo aspectu, aperto collo, ob cuius os signum adpressum est tale. ℞. Inscriptio ita habet. IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX.

In altera.

Curru sublimi, qualis Circensibus adhibebatur ludicris, quæ in hortis suis Nero sæpius exhibebat, contra spectatorem à quatuor equabus Hermaphroditis tracto alte inuehitur Imp. nudo capite, uerum auriga habitum indutus, dextra scuticam adigendis animalibus attollens. Sinistra compressiore reportatam è victoria palmam gestans. Superscriptio adalita est. MAXIMVS. Subscriptionis aliquantulum supest.

NE . . . . DVS.

M . . . . DVS. Nummum hunc æneum amplissimum elegantissimumq; Romæ apud Julium Calestanum uidi

In una parte.

2. Nero conspicitur laureatus, læua facie, cũ inscriptione. IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX.

In altera.

Statua muliebris in dextra parte sedet in trunco arboris, tunica sola amicta, reclinata in sedem dextra, læua capiti supposita, cubito læuo in genu innitente, mœstitiam præ se ferens. Ex cuius opposito statua uirilis nuda stat, arbori alligata retrò manibus, post eam tunicatus puer, retrouerso in eam uultu, humo manus imprimit. Nulla hic est addita inscriptio. Nummum hunc æneum maximũ ex ære Romæ apud Antonium Palosium uidimus.

In una parte.

3. Nero adparet laureatus, sinistrorsùm intuens, cum adfixa ad os palmula, ac huiuscemodi inscriptione. IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX.

In altera.

Equitem Neronem laureatum, thoracatũ, paludatum uideas, qui ex equo prostratum barbarum, peltatum, eleuata manu supplicem, uibrato telo confodit,

equoq;

equoq; ferocissimo obterit. De literis nihil dicam, nam eas inuisit nobis Vetustas. Hunc æreum nummum apud Patriarcha Grimanum Venetum uidi, amplissimum.

In una parte.

4. Nero laureatus, ad sinistram intuetur. Infixum autem habet hoc signum proximè ob os. R. Inscriptio. NERO CLAVDIVS CAES. . . .

In altera.

Cybele turrita, corona ornata, seminuda, in curru duobus Leonibus tracto, somno indulget, dextra in spondam summam reiecta, sinistra Syncipiti adhibita, tunica collo illigata, lodicis loco substrata, retrorsum ad pudenda tegenda obiecta, in pedes transmissa. Deam aduolans Victoria laurea donat. Leonis ductitat Auriga dextrorsum, qua parte statua est alia muliebris, animalibus ueluti adblandiens. Nescio si Bacchanaliorum typum aptiùs dixerimus, ut Triumphum Bacchicum, Tygres bijugas, aurigam Faunum, Baccham Iambulam, præcentricem appellemus. Imo loco sit, nescio quæ literarum uestigia. H!!! S.V. Amplissimus iste orbis metallicus apud Patriarcham Grimanum Venetum mihi demonstratus est.

In una

In una parte.

5. Nero effigiatus est, læua facie, laurea coronatus, aduerso tergo, apertoq; cum plena inscriptione. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P.P. Cui ob os positum tale signum. P.

In altera.

Igues Nero laureatus, armatus, thorace & paludamento post tergum uolitante, ac clypeo, celerrimo cursu in hostem humi positum insultat, spiculoq; ferit. Verum is ueluti uires resumens animumq;, altero genu tantum flexo, acriter Imp. intuens, umbonem brachio sinistro grandem retinens, dextraq; clauam, ab humo resurgere uelle uidetur. Nulla hic dari potuit inscriptio, cum omnino exæsa sit. Hic nummus æreus maximus apud Haymericum Haymerici Bononiens. habetur.

In una parte.

6. Nero effigiatur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P.M. TR. P. IMP. P.P.

In altera.

Quæstorium munus exercere uidetur Nero. Subter Porticu enim spatiosa aspila, scalis ipse ad mensam, nummorum æreorum maxima copia, argenteorum, aureorum plenam, populum accedentem affatur,

ceu

ceu uectigal pendentes ratione data, & computu per calculos examinato admitti. Litera nulla adparet. Nummum eũ æneum uidimus apud..... Venetijs.

In una parte.

7. Nero cernitur laureatus, læuo oré, cum huiusmodi inscriptione. IMP. NERO CAESAR AVG. P. MAX. Ob Imp. os signum tale ponitur. Ⱶ.

In altera.

Statua uirilis nuda, strophiolo collo circumligato, euolitante retrorsum, dextra ac læua manibus equas sublapsos, loris tenet, quos ità domare uidetur. Inscriptio nulla adalta. Nummum hunc æneum maximum Romæ apud Horatium Petruccium Senensem uidimus.

In una parte.

8. Nero occurrit laurea candidatus, sinistrorsum obtuens, cum nominis titulo. NERO CAESAR AVG. GERM. IMP. Ob eius os tale signum cernitur. Ⱶ.

In altera.

Neronis Circus deformatur, quem domandis equis fecit, ubi plebi permissus. (quod superioribus ex eiusdem numism. patet) ludicrum Circense non semel exhibebat. In eo circum metas, & ingentem obeliscum Vaticani quadrigarũ factiones,

factiones, uenationes, & certamina alia conspiciuntur. Literæ nullæ adparent, Hunc nummum æreum maximum peruenustum, satis sic domi meæ licet conspicari.

In una parte.

9. Nero uidetur lauro coronatus, læua facie, cum nominis circumscriptione. IMP. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. XIII. P. P.

In altera.

Juppiter conuersus ad intuentes, seminudus sedet inter Martem, ac Mercurium nudos, (nisi quòd ex humeris illorum pænulæ deorsùm labuntur) hastatos demissioribus dextris, una fulmen habens, altera hastam. Ea numina subnixus sustinet capite manibusq; Neptunus, pectore tenus effigiatur, læua tenens tridentem. Hincinde. TR. POT. XIIII. COS. IIII. Nummum hunc æneum quàm maximum Anaglyphon domi meæ possum commonstrare.

In una parte.

1. Aurigæ duo stant, contrarijs ad inspicientē oribus, ac corpore toto, Anaglyphicè expressi: nudis uerticibus, uerùm tunicati, scutis sinistras imprimentes, dextris scuticas, scilicet, qui ad dextram stat altè sustollens, qui ad læuam, per pectus eleuans, inter quos humi defixa est palma. Dextro loco præterea est hoc signum. P. Neroni familiare

familiarè, ut malè colligatur nummum hunc ab Nerone percussum

In altera.

Auriga Circensi ludicro victor egregiè cognoscitur, qui quadriga in spectatorem currit: tunicatus, aperto capite, dextra facie, qua parte Lauream, scuticamq; præfert, sinistra verò palmæ ramum. Equi meritas, confecto septies ad metas cursu, palmas affixas cervicibus gerunt. Inscriptio vastata. .... PIO DOMVS. Hunc nummum amplissimum Haymericus Haymerici Bononien. habet.

In una parte.

II. Nero habetur laurea insignitus, læuo vultu, et adiuncta sui nominis inscriptio. NERO CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera.

Captiuorum visitur spectaculum. In dextra nummi parte femina toto pectore aperto sedet, dextera post tergum abdita, sinistra capiti subposita, cubito in læuum femur innitente. Ex aduerso, in mœstam intentus uir stat nudus, illigatis retrò manibus. Huius ad pedes iacet miles armatus, thorace, ac clypeo, sub dactylo arbore. Inscriptio hic nulla adhibita, aut si adhibita fuit erosa est. Nummum hùc amplissimum apud Sebastianum Erizum Venetum vidi.

In una

In una parte.

12. Nero uisitur, laurea decorus, læua facie, cũ circumscriptione tali. NERO CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera.

Nero Imp. armatus, paludatus, ac hastatus, equum dextro itinere pergentem, loro retinet. Inscriptionis ne punctus quidem apparuit. Hunc nummum maximum nobis ostendit Sebastianus Erilus Venetus.

In una parte.

13. Nero depingitur laurea coronatus, læuo aspectu, aperto collo. Ob cuius os oppositum est signum. E. Inscriptio. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Eques Nero uictor, laurea candidatus, armatus thorace, paludamento retro uentilante, citato equo in barbarum, quem et librato altè telo confodere destinat, supplicem tamen, expansis ad Imp. manibus, genuq; flexo ueniam poscentem, ac pacem, fertur sinistra facie uia. Inscriptio etsi adpareat nulla, insignis nihilominus est iste nummus, immò maximus, quẽ Romæ apud D. Antonium Augustinum uidimus ex ære.

In una parte.

Nero

Y.

14. Nero depingitur laureatus, dextro ore, cum nominis commendatione. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Annona & Ceres deæ adparent, illa stans, tunicam ac patagium induta, dextra lateri addita, læua cornucopiæ tenens, hæc obuelato capite, dextra spicas tenens, congium pari studio (is intermedia inter duo numina in ara positus est) ueluti implēs, læua tenens facem accensam, scabello uni pedes ambæ imponunt sinistros. Nauis prætereà media inter utramq; adparet oneraria. Circumscriptio. ANNONA AVGVSTI CERES. Nummum hunc æneum peramplum, ac elegantem domi ego sum commonstraturus.

In una parte.

15. Neronis effigiem deprehendo, laurea coronati, læuo obtutu, cuius summo pectore, loricæ pars adparet iniecta, cum nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Quadriga alta, Victoriarum imaginibus affabrefactis persculpta, ad læuam uiam tracta uidetur. Sine ulla literarum adnotatione. Nummum eum ex ære Corinthio, quam maximè insignem apud me licebit manibus contrectare, ac uidere.

In una

In una parte.

16. Nero cernitur lauro redimitus, lauo obtutu, aperto collo, cum adscriptione proprij nominis. NERO CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera.

Nero uictoriosus (cuius indicium est palma, quam sinistra sustollit) stat tunicatus, aperto capite, manu dextra uictoriæ aquã, ut cuius uertici palmula affixa sit, dextrorsum ire nitentem loro retinet. Inscriptio hic nulla adparet. Nummum istum æreum maximum Romæ apud D. Antonium Augustinum uidi.

In una parte.

17. Nero occurrit laureatus, dextro obtutu, in summo cuius pectore lorica insigne adparet Gorgoneum caput: cum nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P.M. TR. P. IMP. P.P.

In altera.

Nero Venatoris specie & habitu, tunicã breuem indutus, cothurnatus itidem, post arborem opacam se occultans, donec prædæ potiundæ certa spes & libido animum auget, ambabus manibus Venabulum fortiter tenens, aciem præfigit, plagamq; intendit apro frendenti. Mox ille subter specum se abdit, & reluctatur infesti

infesti Venatoris ictibus, quantum potest: at fera diu pugnando lassa, à cane mordicus subter collum correpta, tandem inferior fit: Victori præmium, & præda. Nummum hunc æneum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

18. Nero depingitur laureatus, læuo ore, cum nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GER. P.M. TR.P. IMP. P.P. Ob os eius tale est incisum signum. ☧.

In altera.

Eques Nero animosus, laurea donatus, thoracem indutus, paludamento uolitante, citato equo in hostem irruens, prostratum eum, frustra resurgere conantem, galea, & scuto armatum, uibrato forti dextra pilo confossurus adparet. Literæ nullæ adparent. Nummum eum æneum q̃ magnum, ac pulchrum memini me aliq̃n uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ, & apud D. Achillem Maphæum.

In una parte.

19. Nero depingitur laurea decorus, læua facie, cum nominis epigraphe. NERO CLAVDIVS CAESAR AVG. GERM. P.M. TR. P. IMP. P.P.

In altera.

Quadriga Nero Imp. Aurigæ habitum mutuatus, (id in hortis suis plebi permistus factitabat,

factitabat, Circensia ludicra sæpiusculè ibi exhibens) dextra flagellum tenens, læua palmulam, uictori sibi brauij loco concessam. Dabatur ea septies, ex more, metas pertingenti, relicto socio aliquo interuallo post se. Inscriptio nulla adparet. Nummum hunc æneum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

20. Imago Imperatoria, tunicata impressa, medio nummo, quadriga contra nos uehitur, dextra flagellum, sinistra lauri ramum tenens. Equorum iubis lauri ramuli inditi sunt. Inscriptio. ASTVRINI KA. Inferiùs. CVPIDO.

In altera.

Imago alia Imperatoria radiata, quadriga dextrorsùm præteruolat, dextra scuticam, sinistra equinas habenas tenet. Equos palmæ ramulis, supra iubam inditis ornatos, anteambulo quidam tunicatus ductitat. Inscriptio repetita est. ASTVRINI KAP. Infrà. BOTPOCLES. Hic nummus æneus maximus, rari aspectus est, quum ea arte sit excusus, qua formæ solent altè excauari, in quas colliquata materia infusa, effiguratius reddit simile opus, habeturq̃ apud Patriarcham Grimanum Venetũ Venetijs.

In una

In una parte.

21. Nero & Agrippina mater contigui, apertis capitibus ad laeuam intuentur. Inscriptio. NERO CLAVD. DIVI F. CAES. AVG. GERM. IMP. TR. P. COS.

In altera.

Corona ciuica, siue querna impressa est. Circumscriptio. NERONI CLAVD. DIVI F. CAES. AVG. GERM. IMP. X. P.P. in medio. EX S.C. Nummum hunc aeneum adhuc mea habeo.

In una parte.

22. Agrippina corona laurea partim, partim gemmea decorata, patagiata, & Nero laureatus, thoracatus, paludatusq; inuicem proximè intuentur. Circumscriptio. AGRIP. AVG. DIVI CLAVD. NERONIS CAESAR. MATER.

In altera.

Curru alto, sertis circumuiendo, Elephantorum quatuor Nero laureatus, armatus, ac paludatus, materq; Agrippina byssinâ indicta tunicam, patagiumq; aureum, in sellis curulibus sedentes, dextra uia subuehuntur. Imp. manu dextra lauri ramum habet, mater labarum cum superstante aquilâ. Belua phaleratæ, singulæ singulos rectores habent laureatos. Inscriptio. AGRIPP. AVG. DIVI CLAVD.

NERONIS

NERONIS CAES. MATER EX S.C. Nummum hunc aeneum magnum uidi aliquando Mantuæ apud Julium Romanum.

In una parte.

3. Nero cernitur laureatus, læuo obtutu, ob cuius os est impressa palmula, cum nomis encomio. NERO CL. CAESAR AVG. GERM. IMP.

In altera.

Circus deformatus, in quo uenationis ludicra spectantur. In medio plano frutex consistit. Canes uenatici suarum partiū satagunt, quorum alter ceruum percelerū mordicus tenet, alter leporem sequitur proximè prætereuntem. Inscriptio nulla.

Nummum hunc æneum perrarum meminisse memini apud D. Joannem Bap.tem Luchinum Mantuanum.

Neronis

xiiij.

Neronis Argentea.

In una parte.

1. Nero laurea decorus incedit, læuo aspectu, aperto collo, cum addito nomine. NERO CLAVDIVS CAES. AVG. P. M. TR. P. IMP. P. P.

In altera.

Signa tria militaria collocata sunt ordine. Medium horum Aquila est. Inscriptionem vetustas ademit. Nummum hunc argenteum apud D. Antonium Augustinũ Romæ fumus conspicati.

In una parte.

2. Nero videtur laurea coronatus, læua facie, cum nominis epigraphe. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Roma triumphatrix, in cumulo armorũ barbaricorum sedens, manu dextra Victoriam tenens præmiatricem, altera in manubrium imposita parazonij. Infrà. ROMA. Nummum eum argenteum vidi aliquando apud D. Antonium Augustin. Romæ.

In una parte.

3. Nero cernitur laurea candidatus, læua facie, cum nominis commendatione. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

In altera.

Æternis ijs similes Nero & Poppæa conspiciuntur, ille radiatus, palliatus, hæc tunicata patagiata, ambo dextris patinas tenentes, ille sinistra hastam summam, hæc cornucopiæ. Inscriptio. AVGVSTVS. AVGVSTA. Nummum hunc argenteum vidi ego apud D. Joannem Jacobū Fuccherū Augustæ Vindelicorum. Aureumq; habet eundem.

In una parte.

4. Neronem videō nudato capite, aspectu læuo, cum tali titulo. NERO CAESAR AVG. IMP.

In altera.

Corona imprēsa civica, cum medio monumento. EX. S. C. Circum. PONTIF. MAX. TR P. V. P. P. Nummum eum argenteum habet in bonis suis Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

5. Nero effigiatur aperto capite, læuo aspectu, cum tali epigraphē. NERO CAESAR AVG. IMP.

In altera.

Corona civica, cum tali in ea signato monumento. EX S.C. Circum. PONTIF. MAX. TR. P. II. P.P. Nummum eum argenteū habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

6. Nero cernitur Laureatus, læuo obtutu,

cum

cum breui epigraphe. NERO CAESAR.

In altera.

Germanicus immortalitate quadam donatus, Deo similis, stat conuersus, radiatus, una laurum habens, altera Victoriolam laureæ donatricem. Circum. AVGVSTVS GERMANICVS. Summum hunc argenteum habet Romæ D. Anton. Augustinus.

In una parte.

7. Nero cernitur laurea insignis, obtutu leuo, cum tali titulo. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Vestæ templum Phœricum hexapilon, quatuor instratum gradibus. In quo medio Palladium adparet, in basi alta collocatum. Supra. VESTA. Summum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

8. Nero cernitur nudato uertice, aspectu sinistro, cum literis. NERO CAESAR AVG. IMP.

In altera.

Coronam reperio Quicam, cuius in umbilico legitur. EX S.C. Circum. PONTIF. MAX. TR. P. III. COS. II. Summum eum argenteum commonstrat Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte:

Nero

9. Nero uidetur Laureatus, Læua facie, cum nominis commendatione. CAESAR AVGVSTVS.

In altera

Salus Dea tunicata, patagiata, sedens in alto solio, dextra patinam tenet libatoriâ, læua lateri adálita. infrà. SALVS. Hunc nummum argenteum uidisse me recordor apud D. Antonium Augustinum. Aureũ habet D. Achilles Maphæus: uterq; Romæ.

In una parte.

10. Nero Laureatus, Læuo aspectu uidetur, cũ nominis commendatione. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Iuppiter custos in sella sedet seminudus, una tenens fulmen, altera summam hastam. Circum. IVPPITER CVSTOS. Nummum eum argenteum habet in bonis D. Antonius Augustinus Romæ.

Neronis

Neronis Aurea.

In una parte.

1. Nero uidetur laurea decoratus, læuo ore, cum nominis epigraphe. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Roma hostium superba spoliis, galeata, castrensem indutа tunicam, in aceruo spoliorum sedet, una manu donatricem laureæ tenet Victoriolam, læua parazonium ad manubrium corripit. Infrà. ROMA. Nummum hunc aureum me uidisse recordor apud D. Achillem Staphæū Romæ.

In una parte.

2. Nero uidetur lauro coronatus, sinistrorsū intuens, cum nominis circumscriptione. NERO AVG. GERM. IMP.

In altera.

Templum Jani sertis ornatum, quadrata forma cernitur, cum circumscriptione. PACE P.R. VBIQ. PARTA IANVM CLVSIT. Fimcinale. S-C. Nummum hunc aureum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

3. Nero adolescens admodum effigiatus, dextro ore, aperto capite, togatus, cum nominis elogio.

elogio. NERONI CLAVDIO DRVSO GERM. COS. DESIGNATO.

In altera.

Scutum aureum, in Caria inter clypeos & hastas L. & C. Cæss. positum, gratuitatis ergò, ut inscriptum demonstrat, monumentum. EQVESTER ORDO PRINCIPI IVVENTVTIS. Nummum hunc aureum vidi aliquando apud Petrum Rames. Hispanũ Venetijs.

In una parte.

Nero videtur laurea donatus, sinistra facie, cum nominis titulo. NERO CLAVD. CAESAR AVG. GERM. P.M.TR.P. XIII. P.P.

In altera.

Eques Imp. thoracatus, paludamento volitante, ad lævum itiner decurrit celeriè, dextra hastam, sub quo prostratus iacet hostis cetratus, hastatusq; Imp. Victorem sequitur miles armatus. infrà. DECVR. Nummum hunc aureum memini me in manibus habuisse apud D. Jonnnem Jacobum Zuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

Nero effigiatur lauream coronam gestans, vultu sinistro, cum nominis epigraphe. NERO CAES. AVG.

In altera.

Germanici statua aurea, irradiata, conuersa,

Laureum

Laureum ramum una commonstrat, læua Victoriolam Laureæ collatricem. Circumscriptio. AVGVSTVS GERMANICVS. Hunc nummum aureum vidi apud D. Antonium Augustinum Romæ. Similem habet D. Joannes Jacobus Fuccherus Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

6. Nero cernitur laurea donatus, sinistra facie, cum nominis titulo. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Vestæ templum rotundum, sex eductum columnis, ac quatuor gradibus. In quo medio Palladium videre est. Suprà. VESTA. Nummum hunc aureum sum conspicatus apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

7. Nero cernitur laurea coronatus, læua facie, cum nominis titulo. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Concordiæ simulachrum tunicatum, patagiatum, in sella Aulæis strata sedens, una patinam tenet, altera cornucopiæ. Circumscriptio. CONCORDIA AVGVSTI. Hunc nummum aureum sum conspicatus apud Petrum Rames Hispanum Venetijs

In una parte.

Nero

8. Nero uidetur, coronatus laurea, sinistro ore, cum nominis titulo. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Corona ciuica, in qua legitur. EX S.C. Circum. PONTIF. MAX. TR. P. II. P. P. Nummū hunc aureum uidi apud Abbatem D. Iræneī Lugduni.

In una parte.

9. Nero uidetur laureatus, sinistra facie, cū nominis epigraphe. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Iouem Custodem obseruaui, sella sublimi sedentem, seminudum, una fulmen, altera tenentem summam hastam. Inscriptio. IVPPITER CVSTOS. Nummum hunc aureum apud D. Achillem Maphæum Romæ sum conspicatus.

In una parte.

. Nero uidetur laureatus, læua facie, cum huiusmodi epigraphe. NERO CAESAR AVGVSTVS.

In altera.

Templum Iani sertis ornatum festiuis, cuius præclusæ sunt ualuæ. Circumscriptio. PACE POP. ROM. TERRA MARIQ. PARTA IANVM CLVSIT. Nummus hic aureus mihi uisus est Francofordiæ, apud D. Hieronymum Agninum.

Neronis

Neronis Aurea Græca.

In una parte.

1. Nero uidetur, laurea coronatus, sinistra facie, thoracatus, ac paludatus, pectore aduerso. Inscriptio mutilata est. NEPΩN.... ΙΟΥ. ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕ.

In altera

Statua muliebris sedet in solio, dextro uultu, uittata, prætextata, dextra lauri ramum præfert, sinistra cornucopiæ habet, supra cuius uerticem est luna. Inscriptio. ΦΙΝΕΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤ. Infrà. ΤΥ. Hunc æneum nummum habet mediocri amplitudine Petrus Rames Hispanus Venetijs.

In una parte.

2. Nero uidetur irradiatus, dextro ore, cum nominis epigraphe. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ.

In altera.

Apollo Actius uidetur, uenusto aspectu, læuo, coronatus laurea, palliatus, phare-tram sagittis plenam humeris ferens, nisi mauis cytharam dicere. Ante hunc sub mento stella. Circumscriptio nomen arguit. ΑΚΤΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ. Nummus hic æreus à me uisus est aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una

In una parte.

3. Nero uidetur, dextro obtutu, laurea corona-
tus, aperto collo, cum inscriptionis fragmento
tantum. .... ΔΙΟΣ ΚΑΙΣ ....

In altera.

Corona ciuica ponitur, cum inscriptione' me-
dia. ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ. Hunc nummum ex ære,
non adeò largum, Petri Rames Hispani
opera hucè asseruimus, Venetijs effigiatum.

In una parte.

4. Nero adest, lauro redimitus, læuo aspectu,
aperto collo, cum nominis inscriptione.
ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Actius Apollo laureatus prodit, tecto pectore,
sinistra facie, cuius in humeris appensa
est pharetra. Ante' quam est asteriscus.
Inscriptio. ΑΚΤΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ. Nummus
hic æneus candidus apud Petrum Rames
Hispanum à me' est conspectus Venetijs.

In una parte.

5. Nero uidetur, laurea pulcher, læua facie',
cum nomine' circumscripto. NERO CAESAR
AVG. GERM. IMP.

In altera.

Cybele' turrita corona ornata, tunicata, pa-
tagiata, dextra manu coronam offerens*
oleagineam, dextra tenens cornucopiæ,
ad cuius pedem dextrum arista iacet,

Ante

Ante frontem uerò stella. À dextris sunt lrae. IMP. à sinistris. ΓΑΔΑΡΑ. Nummum hũc æneum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

6. Nero habetur, laurea coronatus, læua facie, thoracem ac paludamentum indutus, aduerso pectore, cum nominis Epigraphe. ΝΕΡΩ ΚΑΙCΑΡ ΓΕΡΜ.

In altera.

Germanicus effigiatus est, laurea donatus, sinistrorsum intuens, detecto collo, cum parte inscriptionis. ΚΑΙΣ... Hunc nummum ex ære candido apud Petrum Rames Hispanum Venetijs uidimus.

In una parte.

7. Nero uidetur irradiatus, dextro uultu, apto collo, cum adpresso solo nomine. ΝΕΡΩ.

In altera.

Victoria dextrorsum uolitat, manu dextra lauream porrigens, sinistra palmam baiulans in humero. Inscriptio cum aduersa continuanda est. Ε.ΒΑΣΤΟΣ. Apud....

In una parte.

8. Nero depingitur laureatus, læua facie, cum paucissimis infractis literis. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. Η...

In altera.

Victoria ad pubem nuda, clypeum signat rerum clarè gestarum monumento, pede

læuo

læuo galeam calcans, ita ut in genu innitatur clypeus. Circumscriptio. ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΠΑ... ΑΣ. Nummum hunc æneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

9. Nero uidetur irradiatus, dextra facie, cum nominis epigraphe. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜ.

In altera.

Victoria in rostro nauis stans, ad dextram intendit, dextra manu altè lauream commonstrans, læua depressa tenens palmam. Ante eius pectus legitur. ΡΟΔΙΩΝ. Rhodiensis hic nummus uisus est à mè apud Petrũ Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

10. Nero uidetur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΝΕΡΩΝ. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΣΕΒ. ΓΕΡ.

In altera.

Poppæa Neronis uxor effigurata, capillo comptissimo, læua facie, papillam utramq̃ ostentans, aperto pectore. Circum̀. ΠΟΠΠΑΙΑ ΣΕΒΑ̣Σ̣Τ̣Η̣. Ad eius guttur. ḶỊ. Nummũ hunc ære ex albo uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

11. Nero uidetur læuo obtutu, laurea pulcher, cum

cum epigraphes frustis .. ΡΩ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ.

In altera.

Aphrica repræsentatur læuo obtutu, galericulum capite gestans, cuius supra frontem acrostolia adparent, contecto pectore, literæ paucissimæ cernuntur. .... ΚΡΑ. .... subter mentum. ΛΙΡ. Nescio si aptiùs Mercurium dixerimus. Hunc nummum in ære albo percussum habet Petrus Rames Hispanus Venetijs.

In una parte.

12. Nero est laurea insignitus, læuo ore, aperto pectore, aduerso, cum adscriptione. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Statua muliebris stat, dextra facie, turrita corona ornata, tunicata, patagiata. Antequam superiore loco est stella, inferiore lauri præfixus ramulus, dextra lauream coronam offert, sinistra cornucopiæ gestat. À dextris circa statuæ umbilicum hoc sigillum habetur. LMP. À sinistris legitur. ΓΑΔΑΡΑ. Hunc mummum mediocri forma habet Petrus Rames Hispanus Venetijs.

In una parte.

13. Nero habetur radiatus, dextro uultu, cum adscripto titulo. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΝΕΡΩ.

In altera.

Jouis Capitolini, irradiati, signum est, læuo uultu,

uultu, cum inscriptionis principio tantum. ΑΥΤ..... Nummum hunc æneum uidimus mediæ amplitudinis apud D. Odonem Rinaldum Venetum.

In una parte.

14. Nero irradiatus uidetur, læua facie, cum nominis commendatione. ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΝΕΡΩ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Templum tetrapilon, multis instauratum gradibus, acrostolijs, ac lilio per tympani angulos dispositis ornatum, cum frusto circumscriptionis. ... ΚΟΠΟΛΕΙΤΩΝ. Hinc coniectare nequiuimus, à queis dedicatum est, hoc constat Neroni positum ēe. Nummum hunc æneum conspicatus sum apud Petrū Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

5. Nero & Agrippina mutuum aspiciunt, hæc crine crispato decenter, in ceruice nodo p̄tioso constricto, operto pectore, ille detecto uertice, collo tamen togæ lacinia operto. Inscriptio. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΑ ΣΕΒΑΣΤΗ.

In altera.

Aquila explicatis alis, detorto ad læuam rostro, fulmini supposito ungueis imprimit. Inscriptionis fragmentum reddere possumus tantū. ... ΚΟΙΝΟΝ .... Nummus iste æreus, laudabili

laudabilis amplitudine Romæ in Museo D. Antonij Augustini à me uisus est.

In una parte.

16. Nero cernitur irradiatus, dextro uultu, alto pectore, Ante cuius guttur impressæ sunt litera. IT. Inscriptionis pars exigua restabat. NERΩ KAI....

In altera

Tiberius habetur laurea insignis, læuo aspectu, nudo collo obuersoq; cum addito eius noie. TIBEPIOΣ KAIΣAP. Nummum istum æreu mediocri amplitudine Romæ apud D. Antonium Augustinum uidimus.

In una parte.

17. Nero dextro intuitu, aperto pectore, aduersoq;, laurea coronatus, cum supposito subter mentum lituo: (absq; ullo literar. stigmate) habetur.

In altera.

Europa nuda, per Hellespontum uecta à Tauro sinistrorsum, quo & aciem uertit oculorum, dextra flammeolum, quod per femur sursum ascendens, in gyrum euolat, apprehendit, sinistra beluam ad cornu retinet. Subscriptio. LEVΣ ΣIAΣNOΣ. Hunc nummum uulgata amplitudine apud Petrum Rames Hispanum uidebis Venetijs.

In una parte.

Nero

18. Nero uidetur, duabus coronatus coronis, laurea, ac radiata, Læuo uultu, cum Inscriptionis frusto . . . . . KAIEAP.

In altera.

Victoria, rostro insistens nauis, palmifera, dextra manu lauream offerens, dextrorsùs euolare uelle uidetur. Ante eam flos, lilio similis impressus est. Inscriptio . PO- LIAN. Hunc nummum aneum mediocrem apud quendam scrutarium apud D. Marcelli uidimus Romæ.

In una parte.

19. Nero adparet Laureatus, læuo obtutu, apto collo, cum adscriptione breui. NEPΩN KAIEAP.

In altera.

Bacchum uideo succinctum, dextrorsùm intuentem, dextra cantharum inuertentè, sinistra summum thyrsum continentè, Effusum à deo liquorem antepositæ tygris sublato rictu excipit. Inscriptio uix legi potuit. Y ΠΛΙ ? ΙΟΥ. ΙΙΗΙΤΠ. Aereum hùc nummulum domi habeo.

In una parte.

20. Nero conspicitur, dextra facie, conuersa, irradiatus, aperto collo, cum nominis Epigraphe. NEPΩ KAICAP ΣΕΒΜ.

In altera.

Claudius habetur, læua facie, diadematus,

ita ut

ita ut in fronte summa pyropus, aut insignius aliquid lilij ferè forma adpareat, togatus. Sub cuius mento literæ sunt. IB. Inscriptio. ΑΥΤΟΚΡΑ. Nummũ hũc æneum mediocrem Romæ nobis dñs Alexander Coruinus commonstrauit.

In una parte.

21. Nero occurrit aperto capite, conuerso ore ad dextram, cum nominis epigraphe contrita nonnihil. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΚΛΑΥΔ. ΝΕ.....

In altera.

Tiberius effigiatur, laurea decorus, sinistro obtutu, cum literis aliquot tantùm corruptis adhùc. ..... ΚΑΙΣ..... Hunc nummum ex ære albicante habet Petrus Rames Hispanus Venetijs.

In una parte.

22. Nero irradiatus est, dextro uultu, cum nominis commendatione. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣ. ΣΕΒ.

In altera.

Juppiter Capitolinus diadematus (sunt qui Cistarium eum uocant, quòd occipite cistellam, ceu corbem gestare uideatur) uultu læuo effigiatur, palliatus, ut humerq tamen totus dexter detectus sit. Circumscriptio. ΑΥΤΟΚΡΑ. Ob eius os signum tridentis. Nummum hunc æneum

uidi

uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

23. Nero cernitur irradiatus, dextro uultu, apto pectore, cum adscriptione nominis. NEPΩ KΛAYΔIOΣ.

In altera.

Iuppiter effigiatus est diadematus, occipitio canistrum gestans, sinistrorsum intuens, operto pectore, Apud cuius mentum est signum. Ш. Inscriptio. ΑΥΤΟΚΡΑ. Hunc nummum eneum mediocri amplitudine ego commonstrare possum.

In una parte.

24. Nero capite aperto, laeuo aspectu cernitur, cum nominis epigraphe. ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΝΕΡΩΝ ΚΛΑΥΔ. ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Serpens longissimus ad radicem lauri, mirabilibus gyris se conuoluens, fruges in alta ara positas delibat. Inscriptio nulla adparebat. Nummum eum eneum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

25. Nero uidetur laurea decorus, conuersa ad laeuam facie, cum nominis monumento. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣ.

In altera.

Iuppiter

Iuppiter habetur coronatus, corona laurea, capillo denso, & crispo, ad lævam obtuens, cum literis duabus ob os adparentibus. VL. Nummum hunc æneum uidi aliquando apud Petrum Rames Crispanum Venetijs.

In una parte.

26. Nero depingitur laureatus, læuo obtutu, apto collo, cum nominis elogio. ΑΥΤ. Κ. ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Aquilam reperio apertis alis, inter alam sinistram palmæ tenens ramum. Inscriptio nulla adparet. Nummum hunc æneum uidi apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

In una parte.

27. Nero habetur læua facie, laureatus, apto collo, cum nominis epigraphe. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ .....

In altera.

Serpens miræ longitudinis, uariè se inflectens (Æsculapij typus nimirum) sub arbore quadam, quam altissimè se erigens, fruges aræ Salutis impositas degustat è regione. Inscriptio nulla est adalita. Hic nummum æneum mediocrem uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

28. Nero adest radiatus, facie dextra, aperto collo,

collo, cum adscriptione Semæsa. ΝΕΡΩΝ ΚΑΙ.
... ΣΕΒΑΣ ...

In altera.

Agrippina Sacrificio deuota, habetur, (nam ricam capite ad uelamentum habet, crine summa fronte mirè crispato, dein in collum per cincinnos demisso:) læua facie, tecto pectore, Inscriptio integra nõ erat. ..... Α ΣΕΒΑΣΤΗ. Ante læuũ huiꝰ humerum est litera. Η. Nummũ hũc æreum mediæ amplitudinis Romæ apud D. Antonium Augustinum delineauimus.

Neronis.

Neronis Argentea præstantiora.

In una parte.

1. Nero cernitur laurea decorus, sinistro uultu, cum nominis epigraphe. ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΝΕΡΩΝ ΣΕΒΑΣΤΟΣ.

In altera.

Quem effrenem dextrorsum ire nitentem uir nudus aduerso toto dorso ad lorum retinet læua manu, dextræ indice ad os usq; admoto, ac si silentium imperaret, iuxta quem sedens est statua, pariter nuda, strophio tantum pudendis obiecto, utraq; manu in flagellum femori impositum incumbente. Quid prefigurent, signa certò colligere nequeo, nisi æternitatem denotari iudicemus. Nummum hunc argenteũ uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

2. Nero conspicitur laureatus, læuo aspectu, cũ nominis titulo. ΑΥΤ. ΚΑΙΣ. ΝΕΡΩΝ ΣΕΒ.

In altera.

Aquila elato pectore, sublatis alis in sublime stat. Ante quam erecta palmula, à læua parte. H P. Nummum hunc argenteum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una

In una parte.

3. Nero conspicitur laureatus, læuâ imtuens, thoracè squammato munitus, aduerso dorso. Inscriptio. NERONOE KAIEAP..

In altera.

Aquila alas expandit, aè submissum fulmè unguibus deprimit, et præfixus lauri ramulus. Ad alam auis sinistram notæ sunt hæ. S HS. Argenteus hic nummus magnus utcunq; à Francisco Veniero nobis ostensus est Venetijs.

Neronis uxores .III.

OCTAVIA AVGVSTA. I.

POPPÆA SABINA AVGVSTA. II.

Ex qua ei nata est filia. CLAVDIA AVGVSTA.

Poppæe Numisma hoc est.

In una parte.

1. Poppea depingitur, læuo uultu, coma uariè contorta, in ceruicem dependulâ, adnodataq;, operta parte pectoris, ita ut papillas

pillas exerat. Inscriptio. ΠΟΠΠΑΙΑ . . . .
ΣΕΒ . . . . Ante illius mentum sunt lrae.
.LI.

In altera.

Nero cernitur laureatus, dextro vultu, aperto pectore, cum nominis sui titulo. NERO KAISAR. SEBM. Nummum hunc ex aere albo Petrus Rames Hispanus Venetijs nobis ostendit mediocrem.

STATILIA MESSALINA. III.

Tyrannus sub Nerone.

C. IVLIVS VINDEX.

GALBÆ.

GALBÆ. Ænea.

In una parte.

1. Galba effigiatur laurea coronatus, sinistrorsum obtuens, togatus, cum nominis circumscriptione. SER. SVLPI GALBA IMP. CAESAR AVG. TR. P.

In altera.

Hispaniæ & Imp. Statuæ. Sedet gloriosus hic in alto solio, armatus, paludatus, aperta dextra, colloquentis specie, læua in spondam sedis innitente, parazonium tenens. Illa tunicata, patagiata, latere magis conuerso dextro, dealbitiæ instar Bellonæ simulachrum exiguum, galea, clypeo, & telo munitum porrigit dextra, læua tenet cornucopiæ. Circumscriptio ab re non discordat. HISPANIA CLVNIA SVL. Infrà. S.C. Nummum eum æneum magnum uidimus Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

2. Galba conspicitur, lauream coronam capite gerens, thoracatus, paludatus, cum nominis elogio. SER. GALBA IMP. CAES. AVG.

In altera.

Suggestus in dextra parte collocatus. E quo Imp. armatus, paludatus & astante Tribuno armatura

armatura pari indutos) apud milites in concionem uocatos, orationem habet. Inter quos, uariè armatos, scutatos, cetratos, galeatos, labarum, manus, Aquila, signa adparent. Rincinde. s-c. Infrà. ADLOCVTIO. Nummum hunc æneum maximum, ac elegantem domi ego conseruo.

In una parte.

3. Galba uidetur laurea coronatus, sinistra facie, cum nominis memoria. SER. GALBA CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Corona laurea, cum medijs literis. S.C. Hunc nummum æneum uidisse me recordor apud Petrum Antes Hispanum Venetijs.

In una parte.

4. Galba cernitur laurea insignis, læuo obtutu, togatus, cum nominis commendatione. SER. SVLPI. GALBA IMP. CAESAR AVG. TR. P.

In altera.

Mars uictor nudus, conuersus stans, strophio strictiore tantùm lumbis circumdatus, galeam indutus, dextra inuersa cuspide pilum tenet, lævaq; fert insigne Trophæi. Rincinde. s-c. Circum. MARS VICTOR. Nummum hunc æneum peramplum ego domi habeo

In una parte.

5. Galba uidetur laurea decorus, dextrorsum obtuens,

obtuens, cum tali epigraphe. IMP. SER. GALBA CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Equites animosi Imp. & Labarifer armati, citatis equis læuam uiam præteruolant. Imp. dextra telum librat peracutum. Hinc inde. S-C. infrà. DECVRSIO. Nummum hunc æneum magnum ego domi commonstrare possum.

In una parte.

6. Galba effigiatur laureatus, dextra facie, cũ nominis Epigraphe. SER. SVLPI. GALBA IMP. CAES. AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Æsculapius nudus conuersus stat, una dilabente ad femur usq̃, læua in bacillum nodosum angue obuolutum imposita. Hinc inde. S-C. Nummum eum æneũ amplum satis & rarum domi meæ cõseruo.

In una parte.

7. Galba uidetur laureatus, læua facie, cum nominis titulo. SER. GALBA IMP. CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Libertas depicta est conuersa, tunicam, ac patagium induta, una manu pileum habẽs, altera hastam. Hinc inde. S-C. & sub his. R-X. Circumscriptio. LIBERTAS PVBLICA. Nummum hunc æneum magnum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una

In una parte.

8. Galba habetur dextro obtutu oris, laurea coronatus, cum nominis epigraphe. SER. GALBA IMP. CAESAR AVG. P.M. TR.P.

In altera.

Victoria ad læuum itiner decurrit, uolitante habitu, dextra lauream porrigens, læua tenens, ac in humero portans palmã. Hincinde. S-C. Nummum hunc æneũ magnum Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium sum conspicatus.

In una parte.

9. Galba depingitur laurea coronatus, sinistrorsum obtuens, togatus, cum nominis epigraphe. IMP. SER. GALBA AVG. TR. P.

In altera

Libertas repræsentata, tunicata, patagiata, una manu pileam tenens, altera scipionem. Hincinde. S-C. Circum. LIBERTAS PVBLICA. Nummum hunc æneum magnum domi ego habeo.

In una parte.

10. Galba uidetur laurea corona pulcher, læuo uultu, togatus, aduerso pectore, cum nominis epigraphe. IMP. SER. GALBA AVGVSTVS.

In altera.

Victoria, quam potest citissimo gressu, dextrũ transit iter, uolitante tunica, dextra manu, porrigens

porrigens * trophæum, læua manu tenens palmam. Hincinde. S-C. Nummus hic amplus à me uisus est apud Antonietum Romanum Antiquarium Romæ.

In una parte.

11. Galba cernitur, læua facie, coronatus lauro, cum nominis commendatione. IMP. GALBA CAES. AVG. PON. M. TR. P.

In altera.

Roma Domina conuersa stat, thoracata, paludata, dextra manu Victoriam laureæ collatricem tenens, altera summam hastam. Hincinde. S-C. inferiusq; paulò. RO-MA. Nummum hunc uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

12. Galba cernitur laureo serto ornatus, sinistrorsum intuens, cum nominis epigraphe. IMP. SER. SVLP. GALBA CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Vesta sedens in solio eburneo, prætextam sacram induta, una Palladium ostendit, altera transuersam tenet scipionem. Hincinde. VES-TA. per circulum. Per diametrum uerò. S-C. Nummum hunc æneum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

13. Galba obuius est, laurea corona ornatus, sinistra

In una parte

15. Galba videtur aperto capite vultu sinistro togam indutus cum nominis Em-
conina SER. SVLPI. GALBA. IMP. CAESAR AVG. P.M. TR.P. in alio
deest P.M. In altera Aequitas conuersa ad dextram, tunicata patagiata
una stateram aquilebrem tenet, altera summam hastam. Circumscriptio
AEQVITAS AVGVSTI. Circa crura. S—C. In alio aere ad contrariam par-
tem se contorquet dea unicaq; adscripta dictio AEQVITAS Nummum hunc
aeneum utrumuis habet Romae D. Antonius Augustinus.

sinistra facie, cum nominis commendatione.
SER. GALBA IMP. CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Salus dea stolata, in subiectam columnam incumbit toto ferè corpore, transuerso crure læuo, una serpentem medium tenet, altera patinam, qua eundem cibat. Hinc inde. S-C. Circum. SALVS AVGVSTI. Nummum hunc æneum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

14. Galba uidetur laureo ornatus serto, cõuerso ad læuam uultu, cum monumento nõis.
SER. SVLP. GALBA IMP. CAES. AVG.

In altera.

Suggestus in sinistro est angulo, unde Imp. armatus, pro concione cum militibus armatis (inter quos duæ Aquilæ, ac duæ adparent manus) loquitur: retro Imp. sella Curulis est, cuius spondæ uiciniori læuam imponit manum, alteram apertam præ se iacit. Hinc inde. S-C. infrà. ADLOCVTIO. Nummum hunc æneum habet Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

15. Galba uidetur aperto capite, uultu sinistro, togam indutus, cum nominis Encomio.
SER. SVLPI. GALBA IMP. CAESAR AVG. P. M. TR. P. In alio deest. P. M.

In altera.

In altera.

Æquitas conuersa ad dextram, tunicata pa-
tagiata, una stateram æquilibrem tenet,
altera Summam hastam. Circumscriptio.
ÆQVITAS AVGVSTI. Circa crura. S-C.
In alio ære ad contrariam partem se con-
torquet dea, unicaq; adscripta dictio.
AEQVITAS. Nummum hunc æneum
utrumuis habet Romæ D. Antonius
Augustinus.

In una parte.

16. Galba uidetur laureatus, sinistra facie, cum
nominis epigraphe. IMP. SER. SVLP. GALBA
CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Signa tria militaria ordine defixa sunt, ut
aquila medium sit inter duas manus.
Fincimde. S-C. Nummum hunc æneum
uidisse me recordor aliquando apud D.
Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

17. Galba uidetur laurea redimitus, sinistrorsū
respectans, cum nominis monumento. SER.
GALBA IMP. CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Roma triumphatrix stat, tunicam induta
castrensem, galeata, una manu tenens Vic-
toriam præmiatricem, altera transuersum
tenens sceptrum Aquilatum. Fincimde. S-C.

Proximè

Proximè quam sub cubito ferè læuo Trophæū adparet. Pedi dextro ~~in~~ clypeus in solo uicinus est, læuo calcat galeam. Circum. roma. p. xl. Nummum hunc aneum habet inter suas Antiquitates D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

18. Galba uidetur, laurea corona coronatus, obtutu oris sinistro, togatus, cum nominis monumento. IMP. SER. GALBA AVGVSTVS.

In altera.

Corona ciuica, cum tali monumento gratitudinis medio. S. P. Q. R. OB CIV. SER. Nummum eum aneum Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium alibi uidi, & apud Antonij Augustini Antigtates.

In una parte.

19. Galba uidetur, lauro decoratus, sinistra facie, cum nominis titulo. SER. GALBA IMP. CAES. AVG. TR. P.

In altera

Roma dómina in armis in cumulum aggestis sedens, tunicata, ac patagiata, galeã gerens capite, una manu hastam habet, altera in clypei summum limbum incumbit. Circumdé. S-C. infrà. roma. Hunc nummum aneum magnum Romæ apud D. Achillem Maphæum uidi.

In una parte.

Galba

20. Galba videtur laurea coronatus, læuo obtutu, cum nominis titulo. SER. GALBA IMP. CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Numia Achaia, Galba mater dea instar, tunicata, patagiata, sedens in eburnea sella, una patinam auream tenet, altera hastam. Sine inde. S-C. infrà. AVGVSTA. Hunc nummum æneum vidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

*20. Galba cernitur laureatus, læua facie, cum nominis monumento. SER. SVLPI. GALBA IMP. CAES. AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Vesta dea prætextata sedens in sella, una patinam tenet libatoriam, altera summâ hastam. S-C. infrà. VESTA. Nummum hunc æneum vidi apud Iulium Romanum Mantuæ.

In una parte.

21. Galba videtur laurea donatus, læua facie, togam indutus cum nominis sui encomio. IMP. SER. SVLP. GALBA IMP. CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Felicitas (seu Pax) repræsentatur, una caduceum habens, altera cornucopiæ. Sine inde. S-C. circum. FELICITAS PVBLICA. Nummum hunc æneum vidi alibi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una

In una parte.

22. Galba depingitur laeuo aspectu, laureatus, conuerso dorso, cum tali epigraphe. SER. SVLPI. GALBA IMP. CAESAR AVG. TR. P.

In altera.

Pax reperitur, tunicam, ac patagium induta, aduersariorum manubias, spoliaq̃, admota face, quam dextra tenet, concremans, altera habens Cornucopiae. Hincinde. S-C. Circum. PAX AVGVSTI. Nummum istum aeneum uidi Romae apud Antonietum Domanum Antiquarium.

In una parte.

23. Galba occurrit laurea coronatus, laeuo obtutu, cum nominis epigraphe. SER. SVLPI. GALBA CAESAR AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Concordia Dea, tunicata, patagiata, in sella sedens eburnea, una manu *appium tenet, altera hastam. Hincinde. S-C. Circum. CONCORD. AVG. Nummum hunc aeneum uidimus apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

24. Galba effigiatur laurea coronatus, dextra facie, cum nominis epigraphe. SER. GALBA IMP. CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Pax iterum repraesentata, dextra oleagineum ramum

ramum deorsum dimittens, læua habens caduceum. Simile. s-c. Nummum eum aneum habet Roma D. anton. Augustin.

In una parte.

25. Galba cernitur laurea corona coronatus, obtutu dextro, cum nominis cõmendatione. IMP. SER. GALBA CAES. AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Ceres dea, tunicata, patagiata, in sella sedens eburnea, una* spicas ac papauera tenens, altera hastam transuersam. Simile. s-c. Circum. CERES AVGVSTA. Hunc nummum aeneum mediocrem Romæ uidi apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

26. Galba cernitur laurea redimitus, sinistro aspectu, thoracatus, paludatus, conuerso dorso, cum nominis commendatione. SER. SVLPI. GALBA IMP. CAESAR AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Victoria citissimè ad dextram pertransit, tunica uentilante, dextra commonstrans lauream, læua habens palmam. Simile. s-c. Nummum aeneum istum, mediocri amplitudine memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

27. Galba uidetur, laurea donatus, sinistrorsum obtuens, cum tali epigraphe. IMP. SER. GALBA CAES. AVG. TR. P.

In altera.

In altera.

Pax tunicata, patagiata stat, una ramum oliuæ ueluti abiiciens, altera habens cornucopiæ. Simile. s-c. Circum. PAX AVGVSTI. Summus hic æneus mediocris domi meæ habetur.

In una parte.

28. Galbæ depingitur laureatus, læuo ore, cum huiusmodi epigraphe. SER. GALBA IMP. CAES. AVG. TR. P.

In altera.

Signa tria militaria Aquilæ in ordinem disposita, uelut in rostra nauium defiguntur. Simile. s-c. Nummum hunc æneum mediocrem domi ego sum commonstraturus.

In una parta.

29. Galba cernitur laurea decoratus, læuo uultu, cum nominis epigraphe incorrupta. SER. GALBA IMP. CAES. AVG.

In altera.

Signa tria militaria, ordine hoc posita sunt, ut medium locum Aquila occuper. Inscriptio. CONCORDIA EXERCITVVM. infrà. EXPEDITIO. Nummum hunc æneum memini me uidisse apud D. Gulielmum Cauchium Lugduni.

In una parte.

30. Galba uidetur, corona querna coronatus, læuo uultu, aperto collo, cum nõis epigraphe præfracta nõnihil. IMP. SER. GALBA.

In altera.

In altera.

Corona laurea, in qua media sunt literæ grandiusculæ. S.C. Nummum hunc æreum uidi Norimbergæ apud D. Georg. Landlerum LL. Doctorem.

Galbæ Argentea.

In una parte.

1. Galliæ tres iconicæ adparent, sinistrorsum obtuentes omnes, ornatissimis capillis, tectis pectoribus. infrà. TRES GALLIAE.

In altera.

Eques Imp. thoracatus, paludamento retro uolitante, sublata dextra Lauri tenens ramum, citatissimo equo in lævam præteruolat uiam, gestiens Victoriæ successu prospero. Inscriptio. SER. GALBA IMP. AVG. Nummum hunc argenteum memini me' uidisse' apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

2. Galbam uideo laurea coronatum, ad lævâ obuertentem

obuertentem os, cum tali elogio. IMP. SER. GALBA AVG.

In altera.

Lepida, Galbæ uxor, sacrificæ Vestalis habitu, prætextata, conuersa stat, una tenens patinâ libatoriam, altera summam hastam. Inscriptio: DIVA AVGVSTA. Nummũ hunc argenteum in bonis habet D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

3. Galba uidetur laureatus, læua facie, cum nominis commendatione. IMP. SER. GALBA AVG.

In altera.

Corona ciuica, cum gratuitatis monumento in ea media descripto. S. P. Q. R. OB. C. S. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

4. Galbæ uidetur Laureatus, læuo ostutu, cum nominis titulo. SER. GALBA IMP.

In altera.

Victoria, pede læuo calcans galeam, ambab. manibus clypeum in genu subleuatiorem tenens, in quo literæ sunt. S. P. R. Inscriptio. VICTORIA. Nummum hunc argenteum conspeximus aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

Galba

5. Galba cernitur laurea decorus, cum breui Inscriptione. IMP. GALBA.

In altera.

Hispania frugifera repræsentatur, galeata, tunica succincta induta, manu dextra tenens spicas & papauer, læua scutum, erectasquè hastas, ita ut mucrones supra humerũ emineant. Inscriptio anterior. HISPANIA. Nummum hunc argenteum Romæ D. Antonius Augustinus ostendet.

In una parte.

6. Galba cernitur laurea decorus, læuo ore, cũ nominis epigraphe. IMP. SER. GALBA CAESAR AVG. P. M.

In altera.

Eques Galba thoracatus, paludatus, ad læuam procurrens, dextra altè iactata, io io uociferans, deuolat. infrà. IMP. Nummum hunc argenteum uidisse me recordor apud D. Antonium Augustinum Romæ

In una parte.

7. Galba uidetur læuo obtutu, serto laureo ornatus, cum breui epigraphe. SER. GALBA CAESAR AVG.

In altera.

Concordia tunicata, patagiata stans, una manu patinam tenet, altera Cornucopiæ. Circum. CONCORDIA PROVINCIARVM. Hunc nummum argenteum conspeximus apud...

In una

In una parte.

8. Galba habetur laurea coronatus, aspectu lævo, cum brevi nominis encomio. IMP. SER. GALBA CAESAR AVG.

In altera.

Roma galeata, tunicam castrensem, ac paludamentum indueta, ocreata, itinere sinistro ingrediens, dextra præfert laureæ & palmæ datricem Victoriam, læva telum inuerso mucrone. Inscriptio. ROMA RENASCENS. Nummum hunc argenteum vidimus.....

In una parte.

9. Galba laureatus occurrit, sinistra facie, cum nominis epigraphe. SER. GALBA IMP. CAESAR AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Roma Victrix galeata, castrensi tunica breviore indueta, pede dextro globum obcalcans, dextra laurinum tenet ramulum, læva summam hastam. Simile per circulum. ROMA VICTRIX. Nummum hunc argenteum vidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

10. Galba adest laurea decorus, dextro ore, cum nominis titulo. IMP. SER. GALBA CAESAR AVG.

In altera.

Roma stat, tanquam è senio iterum ad iuuentam reuocata, galeam gerens capite, tunica breui

cincta

cincta, ocreata, dextra tenens præmiatricẽ Victoriolam, læua transuersim sceptrum Aquilatum. Inscriptio. ROMA RENASC. Hic nummus argenteus à me uisus est apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

II. Galba uidetur laurea coronatus, sinistro uultu, cum nominis epigraphe. IMP. SER. GALBA CAES. AVG.

In altera.

Gallia, Hispaniaq; dextris coniunctis, foedus iciunt, fidesq; data mutua socias bello, pacemq; futuras inuicem pollicentur, galeatæ ambæ, tunicis breuioribus castrensibus indutæ ambæ, exertis ambæ papillis dextris, tela, & clypeos leuis gestantes ambæ. hæc pectore, illa dorso magis conuerso. Inscriptio. GALLIA. HISPANIA. Nummum hunc argenteum sum conspicatus apud..... Venetijs.

In una parte.

12. Galba uidetur laureatus, sinistro uultu, cum nominis Epigraphe. IMP. SER. GALBA CAES. AVG.

In altera.

Libertas stat conuersa, tunicata, patagiata, una tenens manu pileum, altera hastam. Circum. LIBERTAS PVBLICA. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud....

In una

In una parte.

13. Galba Imp. armatus, thoracè, ac paludamẽto, sublata altè dextra, iubilantis forma, ad læuam obequitat uiam. Inscriptio. IMP. GALBA.

In altera.

Hispania diademata, capillo conuoluto, è syncipitè in collum prominulo, obtutu læuo. Subter cuius collum partè in læua, sagittæ duæ, ac clypeus impressa sunt. Obs. HISPANIA. Argenteum hunc nummũ uidi Venetijs apud D. Petrum Rames Hispaniensem.

In una parte.

11 Galba uidetur laurea coronatus sinistro uultu, cum nominis epigraphe. IMP. SER GALBA CAES. AVG. In altera Gallia Hispaniaq; dextris coniunctis, fœdus icisti fideq; data mutua socias belli, pacisq; futuras inuicem pollicentur, galeatæ ambæ tunicis breuioribus castrensibus indutæ ambæ, exertis ambæ papillis dextris, tolas, & clypeos læues gestantes ambæ. hæc pectore illa dorso magis conuerso. Inscriptio GALLIA. HISPANIA. Nummum hunc argenteum sum consecutus apud.... Venetijs.

100

Galbæ

z.c.

Galbæ Nummismata Aurea.

In una parte.

1. Galba cernitur Laureatus, Læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. SER. GALBA CAESAR. AVG.

In altera.

Victoria ad aram accedens, uolitante tunica, pede conculcans globum, una patinam tenet, altera Temonem. Circumscriptio. SALVS GEN. HVMANI. Nummum hunc aureum uidi apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

2. Galba effigiatur læua facie, laurea ornatus corona, cum tali elogio. IMP. SER. SVLPI. GALBA CAES. AVG. P.M.TR.P.

In altera.

Virtus repræsentata nuda, conuersa, una tenens paraZonium, altera summam adprehendens hastam. Simimole. VIR-TVS. Nummum hunc aureum sum consbicatus apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

3. Galba uidetur lauro coronatus, læuo obtutu, cum nominis tali titulo. SER. GALBA IMP. CAES. AVG.

In altera

In altera.

Libertatis simulachrum tunicatum, patagiatum, una pileum commonstrans, altera habens hastam. Circum. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Nummum hunc aureum uidimus apud D. Achillem Maphæi Romæ.

Galba Nummiss. Græca.

In una parte.

1. Galba effigiatur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ. ΓΑΛΒΑ.

In altera.

Cephalicon* Regis diademati, summa fronte ornati, quid cornuum simile gestantis, læuo obtutu, palliati. Ob huius os duæ tantum adparent literarum notæ. LB. Nummum hunc æneum mediocrem uidi aliquando apud Franciscum Venierum Venetijs

In una parte.

2. Galba uidetur laureatus, læua facie, cum nominis fragmento. . . . . ΓΑΛΒΑΣ.

In altera.

In altera.

Corona triumphalis, cum literarum monumento, quæ ob uetustatem difficillimæ lectu fuerunt, qualescunq; damus tibi, lector boni consule. ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΑΙΣΑ ΡΙΣ ΕΡΑΣΤΩΛ.ΤΞ. Nummum hunc æneum uidi apud D. Gulielmum Caulium Lugduni.

Galbæ uxor unica.

AEMILIA LEPIDA,

Ex qua ei filij. SER. ET CAIVS SVLPICII GALBAE nati sunt, qui ante ipsũ mortui.

L. CALPVRNIVS,
à Galba adoptatus.

OTHONIS

AEMILIA LEPIDA.

Ex qua ei filij SER. ET. CAIVS. SVLPICII. GALBAE nati sunt. qui ante
ipsum mortui

OTHONIS. Æneæ.

In una parte.

1. Otho effigiatur lauro coronatus, læuaq; facie, cum nominis epigraphe. IMP. M. OTHO CAESAR AVGVSTVS TR. P.

In altera.

Salus dea in alto solio sedens, obuelato capite, prætexta sacra indutu, una patinam porrigit, altera summam tenet hastam. Circum. SALVS AVG. infra. S.C. Nummu hunc æreum magnum uenustum adhuc, domi ego commonstraturus sum.

In una parte.

2. Otho depingitur, Laurea candidatus, læuo obtutu, aduerso dorso, apertoq;, cum adscriptione tali. IMP. M. OTHO CAE....

In altera.

Corona triumphalis impressa est, cum centralibus literis. S. C. solis. Hunc nummu uulgatæ amplitudinis habet Petrus Rames Hispanus Venetijs

In una parte.

3. Othonis nuda facies, in medio coronæ laureæ impressa est, læuo aspectu, absq; ulla literarum memoria.

In altera.

Fortuna

Fortuna stat tunicata, patagiata, turritam coronam capite gestans, dextra gubernaculi clauum regens, læua ad latus adlata, cornucopiæ, ac palmam habet. Ante faciem à parte dextra sunt litteræ. L^A. KAIE. A tergo circa femur. NOTA. Hic nummus æneus mihi uisus est Norimberg. apud D. Georgium Landlerum, LL. Doctorē.

Othonis Argentea.

In una parte.

1. Othonem reperio nudato uertice, læuo obtutu, cum tali inscriptione. IMP. M. OTHO CAESAR AVG.

In altera.

Pax tunicata, patagiata, conuersa stat, dextra oliuæ ramum ostendens, sinistra caduceū. Inscriptio. PAX ORBIS TERRARVM. Hunc nummum argenteum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

Otho

2. Otho uidetur sinistro aspectu, aperto capite, cum ipsissimis literis.

In altera.

Eques Imp. ad lęuam uiam celerrimè currēs, thoracatus, paludatus, forti dęxtra pilum uibrat. Inscriptio. PONT. MAX. Sic nummus argenteus ipse mihi est.....

In una parte.

3. Otho depingitur aperto capite, lęuo orę, cum nominis titulo. IMP. M. OTHO CAESAR AVG. TR. P.

In altera.

Securitas repręsentata, tunicam, ac pałagiū induta, una tenet manu lauream coronā, altera hastam. Circum. SECVRITAS P.R. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

4. Otho cernitur incoronatus, lęua facie, eodem decoratus titulo, ut in alijs.

In altera.

Salus Dea, scabello pedibus subdito, in sella sedens, uelata caput, dęxtra patinam extendit, lęua transuersam tenet *uirgam. Inscriptio. PONT. MAX. Nummum hunc argenteum uidere mihi contigit apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

5. Othonis effigies nuda caput, lęuo orę, cum inscriptione uulgata.

In altera.

In altera.

Ceres dea, seu Annona stat, una spicas, & papauer, altera Cornucopiæ habens. Inscriptio. PONT. MAX. Nummum eum argenteum meminí me uidisse apud Petrum Ramnes Hispanum Venetijs.

In una parte.

6. Otho cernitur læuo aspectu, detectō capite, cum nominis epigraphe. IMP. M. OTHO CAESAR AVG. TR. P.

In altera.

Victoria celeriter ad læuam uiam deuolat, porrecta dextra Lauream, læua attractiore palmam ferens. Circumscriptio. VICTORIA OTHONIS. In alio dextrorsum it, orbemq; calcat, Litera conueniunt. Summos hos argenteos uidimus apud D. Achillem Maphæum, & Antonietum Romanum Antiquarium, Romæ.

Othonis

106

Othonis Aurea.

In una parte.

1. Otho effigiatur ornatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. M. OTHO CAESAR AVG. TR. P.

In altera.

Securitatis simulachrum, tunicatum, patagiatum, una lauream tenet, altera cornucopiæ. Circumscriptiõ. SECVRITAS P. R. Summum eum aureum habet Romæ D. Antonius Augustinus. In alio hastam hæbet Dea manu in dextra, ut in argento.

Othonis uxor.

POPPAEA SABINA.

VITELLII.

VITELLII. Æneæ.

In una parte.

Vitellius depingitur Laureatus, Læua facie, prepingui, togatus, aduerso dorso, cum nominis titulo. A. VITELLIVS GERMAN. AVG. P. M. P. P.

In altera.

Suggestus in læuo nummi angulo collocatur. Vbi in sella curuli eburnea, insigni trabea amictus, Laureatus Imp. sedens, porrecta dextra populærem uirum togatu è tribus priorem stantem, habitu Romano ad dextram adprehendit, simulq; omneis affatur, beniuolos sibi reddens. Lustri conditi imaginem hic effigurari crediderim. Inscriptio. IMP. VIII. CENSOR. II. intra. S. C. Nummus hic æneus à mè apud Abbatem Riarium Romæ est uisus.

In una parte.

Vitellius proponitur, Laurea candidatus, læuo uultu, aperto collo, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Victoria, læuo pede globum calcans, clypeum magnum arbori appensum palmæ, rerum

preclarè

præclarè gestarum ad Vitellij memoria signat. VICT. AVG.... Cui consona est & superficialis adscriptio. VICTORIA AVGVSTI. Utringè. S.C. Nummum istum satis amplum ex aere Corinthio laudabilem, vidi apud D. Achillem Maphæum dum Romæ, inuestigandæ, & conquirendæ Antiquitatis gratia diuersaremur.

In una parte.

3. Vitellius depingetur Laurea coronatus, facie sinistra, togatus, obuerso dorso, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P.M.T.P.

In altera.

Libertas repræsentata, tunicam ac pallio indueta, dextra manu pileum tenens, altera hastam. Circumd. S-C. Circum. LIBERTAS RESTITVTA. Nummum hūc æneum magnum vidi apud Julium Romanum Mantuæ.

In una parte.

4. Vitellius depingitur Laurea coronatus, facie sinistra, togatus, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P.M.TR.P.

In altera.

Honoris Virtutisq; simulachra, alterum ad pubem nudum, dextra summam habens hastam, læua in gremio ferè tenens Cornucopiæ: alterum galeatum, castrensi amictu tunica,

tunica, pede galeam calcans, dextra in femore summo parazonium, laeua hastam summa tenens. Circum. HONOS ET VIRTVS. infrà. S.C. Nummum hunc aeneum peramplũ uidi Romae apud D. Antonium Augustin.

In una parte.

5. Vitellius depingitur aperto capite, ad laeuã intuens, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP.

In altera.

Fidei symbolum, Dextrae coniunctae. Suprà & infrà. FIDES EXERCITVVM. Nummum hunc aeneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

6. Vitellius depingitur laureatus, laeua facie, cum huiusmodi inscriptione. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P.M. TR. P.

In altera.

Suggestus sinistram uersus ponitur. È quo Imp. trabeatus, in sella sedens curuli, adstante Tribuno, dextra manu porrecta, sinistra parazonium tenens, cum populo uerba habet: nam plebeius quidam Imp. dextram porrigere uidetur, duob. conciuib. stipatus. Inscriptio. IMP. VIII. CENSOR. II. Infrà. S.C. Hunc nummum aeneum apud Joann. Metellum Romae uidimus, magna amplitudine.

In una

In una parte.

7. Vitellius depingitur Laureatus, Læuo obtutu, togatus, cum nominis commendatione. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P.M.TR.P.

In altera

Sextilia Aug. mater Vitellij, deæ immortali similis, in solio alto sedens, scabello pedib. substrato, tunicata, patagiata, una manu oliuæ tenet, altera hastam transuersam. Circumscriptio. MAT. AVG. MAT. SEN. M. PATR. infrà. S.C. Nummum hunc ex ære albo, argento illitum apud me domi habeo.

In una parte.

8. Vitellius cernitur Laurea decoratus, sinistro uultu, cum nominis monumento. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Concordia tunicata, patagiata, in sella eburnea sedens, dextra tenet sceptrum, læua in uterum posita. Inscriptio. CONCORDIA AVG. infrà. S.C. Nummum eum æneum uidi aliquando apud Petrum Ramesium Parisinum Venetijs.

In una parte.

9. Vitellius effigiatur Laureatus, læua facie, togatus, conuerso dorso, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Constantiæ

Constantiæ simulachrum, conuersum stat, nudum, galeatum, paludamento é tergo dilabente, dextræ manus indice sublato, adiurantis more, læua mediam habens hastã. Ante Deam, aceruus armorum, clypei, scuta, uexilla, hastæ adparent. Circumscriptio. CONSTANTIAE AVGVSTI. infrà. S.C. Hunc nummum æneum Anaglyphon memini me uidisse apud Illustrissimum Ducem Mantuanum.

In una parte.

Vitellius depingitur laureatus, sinistra facie, togatus, conuerso dorso, cum nominis commendatione. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P.M. TR. P.

In altera

Mars Victor armatura graui indutus, galeatus, thoracatus, parazonio cinctus, cito passu ad dextram uiam currit, dextra Victoriam tenens præmiatricem, læua ferens Trophæum. Hinc inde. S—C. Circum. MARS VICTOR. Nummum hunc æneum Anaglyphondomi meæ habeo.

In una parte.

11. Vitellius uidetur laurea decorus, togatus, conuerso dorso, cum nominis elogio. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P.M. P.P.

In altera.

Mars Victor nudus, strophio duntaxat lumbis præcinctus,

præcinctus, galeatus, ad lævam procurrit, una manu pilum librans, altera trophæu. Hincinde. S-C. Nummum hunc æneu uidi apud Antonietum Romanum Antiquarium Romæ.

In una parte.

12. Vitellius effigiatur laurea pulcher, sinistra facie, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P.

In altera.

Ara Neptuni deformatur trypus, cum superposito Delphino, & inter pedes aræ auicula. Inscriptio. XVIII. SACR. FAC. Nummum eu æneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

13. Vitellius depingitur laureatus, lævo obtutu, conuerso dorso, togatus, cum nominis elogio. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. P. P.

In altera.

Corona ciuica impressa est, cum tali monumento medio. S. P. Q. R. OB C. S. Hunc nummum æneum memini me uidere apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

14. Vitellius occurrit, laureo ornatus serto, sinistro ore, cum tali elogio. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. P. P.

In altera.

Victoria

Victoria ad pubem nuda, globum pede calcans
læuo, conuersa ad nos stans, læua manu
trunco lauri impositum clypeum rebus
clarè gestis signatum tenet, ac ostentat,
dextra ad pectus contracta, calamum scrip-
torium habet. Hincinde. S-C. Circum-
scriptio. VICTORIA AVGVSTI. In alio ære
Victoria inclinata corpore, lætus aduer-
tit, scribitq; in clypeo palmæ appenso.
VIC. AVG. Nummos hos æneos uidi
apud Julium Romanum Mantuæ, & An-
tonietum Romanum Antiquarium Romæ.

In una parte.

5. Vitellium offendo laurea insignem corona,
læuo uultu, cum Inscriptione laudum
suarum. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP.
AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Æquitas dea stans tunicata, patagiata, una
stateram æquilibrem tenet, altera hastam.
Hincinde. S-C. Circum. AEQVITAS AV-
GVSTI. Nummum hunc æreum sum
conspicatus aliquando apud D. Petrum
Ramus Hispanum Venetijs.

In una parte.

6. Vitellius effigiatur laurea decoratus, si-
nistrorsum obtuens, cum nominis epigra-
phe. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG.
P. M. TR. P.

In altera.

In altera.

Pax tunicata, patagiata, una manu oleagineum ramum ueluti deijcit, læua tenet ad latus cornucopiæ. Hinc inde. S-C. Circum. PAX AVGVSTI. Nummum hunc æneum magnum domi meæ sum ostensurus.

In una parte.

17. Vitellius obuius mihi fuit laureo serto ornatus, læuo aspectu, cum nominis monumento. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. TR. P. P. P.

In altera.

Victoria ex arbore palma ramum conuellit ambabus manibus. ad quam mediam cetras appendit, hosti ereptas, qui in radice nudus in thorace sedet, subter axillas abditis manibus, præ doloris impatientia, uultu sublapso mærorem indicans animi. Circum. VICTORIA AVGVSTI. Nummus hic æneus à me uisus est apud Petrum Rames Hispan. Venetijs.

In una parte.

18. Vitellius uidetur laurea coronatus corona, læua facie, cum uulgata nominis epigraphe.

In altera.

Concordiæ Deæ simulachrum sedens in sella, una patinam tenens auream, altera Cornucopiæ. Inscriptio. CONCORDIA PRINC.

Nummum

Nummum eum æneum uisum à me recordor apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

9. Vitellius laureatus, læua facie incedit, thoracem ac paludamentum indutus, dorso aduerso, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP. AVG. P.M. TR. P.

In altera.

Victoria subiectam læuo pedi galeam conculcans, clypeum palmæ appensum, memorabilium rerum ab Vitellio gestarũ monumento signat. Hinc inde. S-C. Inscriptio. VICT. ..... multum obscura fuit. Nummum istum æneũ mediocri amplitudine, inter meas Antiquitates conseruo.

In una parte.

0. Vitellius cernitur laureatus, dextrorsum intuens, cum nominis elogio. A. VITELLIVS IMP. GERM. TR. P.

In altera.

Mars Victor ad dextrum iter ingreditur, nudus, dextra telum librans, læua portans Trophæum, galeam cristatam gerẽs capite. Circumscriptio. CONSENSV EXERCITVVM. Nummum hunc æneum mediocrem apud me domi licet conspicari.

In una parte.

1. Vitellius occurrit laureatus, læuo obtutu oris,

2. d.

oris, togatus, cum nominis memoria. A. VITELLIVS GERMA. IMP. AVG. P.M. TR.P.

In altera.

Concordia sedens in sella Aulæis strata, patinam tenet in ara sertis, ac sacra Verbena Suaueolenti, læua Cornucopiæ. Circum. CONCORDIA AVGVSTI. infrà. S.C. Nummum eum æneum ego domi habeo apud meas Antiquitates domesticas.

In una parte.

22. Vitellius uidetur laurea coronatus, sinistro uultu, cum nominis commendatione. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P.M. TR.P.

In altera.

Prouidentiæ templum, (siue ara) ualuis præclusum. Hincinde. S-C. Infrà. PROVIDEN. Nummum eum æneum uidimus apud Antonium Augustinum Romæ.

Vitellij

Vitellij Argentea.

In una parte.

Vitellius depingitur laureatus, dextrorsùm intuens, Sub cuius mento est palmula. Inscriptio. A. VITELLIVS IMP. GERMAN.

In altera.

Mars nudus ferè, è cuius humeris paludamentum latè diffluit, galeatus, una tenens manu hastam, altera Labarum. Cui adiuolans Victoriola corona donat laurea. Inscriptio. CONSENSV EXERCITVVM. Nummum hunc argenteū uidi Lugduni apud D. Guilielmū Gaulium.

In una parte.

Vitellius conspicitur laurea coronatus, laeua facie, cum nominis memoria. A. VITELLIVS IMP. GERMAN.

In altera.

Templum Iouis opt. m. Capitolin. Quo medio eius statua sedentis in sella eburnea, una tenentis fulmen, altera summam hastam. Inscriptio. I. O. MAX. CONS. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustae Vindelicorum.

In una parte.

Vitellius conspicitur laureatus, sinistra facie,

facie, cum tali titulo. A. VITELLIVS GERM IMP. AVG. TR. P.

In altera.

Libertas stat conuersa, tunicata, patagiata, una pileum tenens, altera hastam. Inscriptio. LIBERTAS RESTITVTA. Nummum hunc argenteum vidi apud D. Achillem Maphaum Romae.

In una parte.

4. Vitellius videtur laurea decorus, laeuo obtutu, cum nominis memoria. A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P.

In altera.

Ara Neptuni tripes: in qua summa super globo delphinus stat: subter sphaera larus marinus. Circum. XV VIR. S.A.C.R. FAC. Nummum hunc argenteum vidi apud D. Antonium Augustinum Romae.

In una parte.

5. Vitellius habetur aperto aperto capite, laeuo obtutu, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP.

In altera.

Victoria sedens, quieta, rebus compositis, una lauream tenet, altera palmam. Sine Inscriptione ulla. Nummum eum argenteum vidi aliquando apud Abbatem D. Irenei Lugduni.

In una parte.

Vitellius

6. Vitellius videtur laureatus, læuo ore, cum nominis memoria. A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P.

In altera.

Quos ex Galeria Fundana secunda uxore susceperat liberi effigiati, mas & fœmina, inuicem proximè intuentes, ut Inscriptio fatetur. LIBERI IMP. GERMAN. AVG. Nam Petronia defuncta, filium pariter sustulit Petronium, parricidij reum. Nummum eum argenteum habet Roma D. Antonius Augustinus.

In una parte.

7. Vitellius cernitur lauro coronatus, sinistra facie, cum nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. P.M. TR.P.

In altera.

L. Vitellij (Auli fratris Augusti) effigies repe-ritur, laureati, ad læuam obtuentis. cum Inscriptione. L. VITELLIVS COS. III. CENSOR. Ante huius os sceptrum Aquilatum aspa-ret. Nummum hunc argenteum sum conspicatus apud D. Antonium Augustinu Roma.

In una parte.

8. Vitellius videtur laureatus, læua facie, cum nominis commendatione. A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG.

In altera.

Corona

Corona ciuica, cum tali monumento medio. S. P. Q. R. OB. C. S. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

9. Vitellius cernitur laureatus, læua facie, cū nominis epigraphe. A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG. TR. P.

In altera.

Salus tunicata, patagiata, obuelato capite, in sella sedens, una patinam tenet, altera hastam. Inscriptio. CONT. MAXIM. Fuit nummum argenteum uidisse me recordor apud D. Joannem Jacobum Tuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

10. Vitellius cernitur laureatus, sinistrorsum respiciens, cum nominis titulo. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. TR. P.

In altera.

Concordiæ simulachrum tunicatum, patagiatum, una manu tenens patinam, altera Cornucopiæ, in sella sedet eburnea. Circum. CONCORDIA P. R. In alio, duo sunt Copiæcornua, sellaq; paulum differt. Nummos hos argenteos Romæ apud D. Antonium Augustinum, & D. Achillem Maphæum aliquando Romæ fuisse conspicatus.

In una parte.

Dextræ

II. Dextræ coniunctæ adparent. aī Inscriptio, rei gestæ monumentum est. FIDES PRAETORIANORVM.

In altera.

Dextræ itidem & præstitæ signum fidei sese complexæ. Inscriptio. FIDES EXERCITVVM. Hunc nummum argenteum uidimus & Venetijs apud Heneam Vicū Parmen. & Lugduni apud D. Gulielmū Caulium.

Vitellij Aurea.

In una parte.

I. Vitellium uideo laurea insignem, læuo obtutu, cum nominis commendatione. A. VITELLIVS IMP. GERMAN.

In altera.

Victoria ocissimè ad dextram uiam sterit, dextra clypeum ferens, altera palmam. Circumscriptio. VICTORIA AVGVST. Hunc nummum aureum uidi aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

Vitellius

2. Vitellius occurrit laurea decorus, sinistra facie, cum nominis titulo. A. VITELLIVS IMP. GERMAN.

In altera.

Mars Victor ad dextrum itinet currit, galea tectus, strophio per lumbos cinctus, una librans telum, altera gerens trophæu. Circum. CONSENSV EXERCITVVM. Hunc nummum aureum memini me videre, apud quendam nobilem Gallum, in Allobrogibus Gebennæ.

In una parte.

3. Vitellius prodit laurea corona coronatus, sinistrorsum intuens, cum tali titulo. A. VITELLIVS GERM. IMP. AVG.

In altera.

Clementia Dea habitu sacro, ac puro, sedes in sella, una manu *uerbenam tenet, altera summam hastam. Circumscriptio. CLEMENTIA IMP. GERMAN. Nummum eũ aureum memini me videre aliquando apud Petrum Ramos Hispanũ Venetijs.

In una parte.

4. Vitellius depingitur laurea coronatus, obtuens sinistrorsum, cum nominis encomio. A. VITELLIVS GERMANICVS IMP.

In altera.

Fidei Symbolum. Dextræ mutuæ sese amplectuntur. Supra infrag. FIDES EXERCITVVM.

EXERCITVVM. Nummum hunc aureũ memini me uidisse apud quendam Nobilem in Heluetijs Bernæ.

Vitellij Græca.

In una parte.

Vitellius conspicitur laureatus, læua facie, togatus, conuerso dorso, cum nominis Epigraphe. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. P. P.

In altera.

Templum dypilon Cereris. Quo medio eiq numinis est simulachrum, una papauer, altera tenentis hastam. Circumscriptio. ΜΗΤΡΟ. ΝΕΩΚΟ. ΝΕΙΚΟΜΗ. Nummum eum æneum uidi apud Julium Romanũ Mantuæ.

In una parte.

Vitellius uidetur laurea decorus, læuo obtutu, cum nominis Epigraphe. A. VITELLIVS GERMAN. IMP. AVG. P. M. TR. P.

In altera.

Aesculapius stat seminudus, dextra manu baculum serpente circumplicitũ medium, axillæ subterpositum tenens, altera subter pallio

pallio abdita. Literarum circum & circa adparent fragmenta. Circum. A.E.TH.T.C. A.D.I. Apud pedem læuum noctua adparet. Hincinde. T.A.C.T. Hunc nummum æneum uidisse me recordor aliquando apud Petrum Rames Hispan. Venetijs.

Vitellij uxores. II.

PETRONIA. I.,

Ex qua ei natus est filius. A. VITELLIVS PETRONIANVS.

GALERIA. FVNDANA. II,

Ex qua ei nati sunt filij. P. VITELLIVS, & VITELLIA.

VESPASIANI.

VESPASIANI. Æneæ.

422.

In una parte.

1. Vespasianus cernitur Laureatus, lævo vultu, cum inscriptione tali. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Templum Pacis deformatur. Huius vestibulum est tetrapylon, quatuorq; gradib. ascenditur. Zophorus mediam habet rotundam fenestram. Fastigium semicirculare, duobus lateribus, summoq; apice, imagunculas ostendit, globulorum ornatu, lituorumq; habet. In æde Pacis stat Aug. simulachrum. In solo ante gradus, vicinis stylobatis granatibus Vespasianus Titusq; armati, hastatiq; impositi, cum ad pedes desidentibus captiuis Judæis, utrumq; operis latus tuentur. Sine alia inscriptione, adscriptum est. S.C. Hunc nummum æneum magnum apud Stephanum Bubalum Romæ conspeximus.

In una parte.

2. Vespasianus effigiatur Laurea coronatus, lævo obtutu, cum nominis inscriptione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

In altera

Romam ad genua procidentem, supplicis forma, tunicatam, exerto brachio humeroq; dextro, Minerua comitis armatæ galea Egide, scutoq; fretam consilio Imp. togatus, arreptam per dextram, suam ipse subnixa porrigens, à solo subleuat, iubetq; præsto resurgere, benigni animi, ac prouidi testimonium declarans. Inscriptio. ROMA RESVRGENS. infrà. S.C. Hunnũ hunc æneum magnum apud D. Antonium Augustinum, & Antonietum Romanum Antiquarium Romæ sum conspicatus.

In una parte.

3. Vespasianus conspicitur laureatus, læuo aspectu, cum annotato suo nomine. IMP. CAESAR VESPASIANVS P.M.TR.P. P.P. COS. VIII.

In altera.

Statua uirilis nuda, intuenti aduerso anteriori parte corposis, dextra manu inuersã ampullam capiti impositam tenens, ne excidat, sinistra cornucopiæ, media posita est inter columnam crassam, cui insistit imaguncula, thyrsi nescio quid simile tenẽs, ciconiam alas aduolatum explicantem. Nec aliud ad titulum hic uidimus additũ, quam utrinq;. S—C. Hunc nummũ æneum magnum uidimus apud . . . . .

In una parte.

Vespasianus

118

Vespasianus videtur laureatus, dextro obtutu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. COS. VIII.

In altera.

Amphiteatrum (spectaculorum locus, in quo pugnabant gladiatores) deformatur, sphærica forma. Coliseum vulgò dicitur. A latere huius dextro obeliscus ingens, à læuo ædificium columnis duorum ordinum editum. Inscriptio nulla adhibita. Nummum hunc æneum vidi Augustæ Vindelicorum apud D. Joannem Jacobum Tuccherum, & Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

Vespasianus videtur laureatus, sinistra facie, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Roma in septem collibus (inter quos condita est) sedet, quietem capienti similis, tunicam brevem castrensem indicta, supposita cervici dextra, galeata, læua in parazonium adhibita, in genu summo insistens. Ante dominam Tiberis est simulachrum, urnæ innitens. Sub collibus lupa gemellorum nutrix. Sinc inde. S-C. infrà. ROMA. Nummum hunc æneum peramplum vidi Romæ apud D. Antonium Augustin. & Antoniet. Romanum

In una

In una parte.

6. Vespasianus cernitur laureatus, læua faciè, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPA-SIAN. AVG. P.M.TR.P. P.P. COS. III.

In altera.

Spes dea eo habitu & gestu (quo aliàs sæpè descripsimus) apud milites pro concione uerba habet, eos animo præsenti, ac bono esse iubens, non defuturam illorum Virtuti dignam compensationem ex Imp. humanitate colligens, ac promittens. Inscriptio. SPES . . . . . Infrà. S.C. Nummum eum æneum uidi apud D. Antonietum Romanum Antiquarium, satis magnum, ac insignem

In una parte.

7. Vespasianus effigiatur laurea coronatus, sinistrorsum obtuens, cum nominis commendatione. IMP. CAESAR VESPASIAN. AVG. P.M.T . P. P.P. COS. III.

In altera.

Pax dea tunicata, patagiata, dextra facè ardentem in congeriem spoliorum barbaricorum detrudens, concremat, læua attollens oliuæ ramum, media stat inter altam columnam, cuius in summitate est Martis statua, & aram summ sertis ornatam. Columnæ ad basim clypeus positus est. Inscriptio. PAX AVG. infrà. S.C. Hunc nummum æneū magnum

magnum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

8. Vespasianus uidetur laurea decorus, uultu sinistro, cum nominis cõmendatione.

IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR.P. COS. III.

In altera.

Vespasiani liberi Titus & Domitianus Iconici duces depinguntur. hic ætatẽ maior, eminentior fratrẽ in læua partẽ, thoracatus, paludatus, dextra Summam adprehendens hastam, læua tenens paraZonium. Illẽ non minus splendida armatura ac ornatu, dextra hastam tenens, læua depressiorẽ ad pectus scutulam. Circumdẽ. S-C. Circum. CAES. AVG. F. DES. IMP. AVG. F. COS. DES. II. Hunc nummum aereum elegantem satis adhuc domi ego commonstraturus sum.

In una parte

9. Vespasianus effigiatur laurea dõnatus, læuo aspectu, cum nominis epigraphẽ. IMP. CAES. VESPAS. AVG. P.M. TR.P. P.P. COS. III.

In altera.

Roma Victrix, tunicam inducta castrẽsem breuiorem, ac paludamentum, ocreata etiam, dextra Victoriolam tenet præmiatricem, altera Summam hastam, galeã capitẽ

z.e.

capite gerit cristatam. Hincinde circa crura. S-C. Antè. ROMA. Nummum hunc æneum magnum domi ego habeo.

In una parte.

10. Vespasianus uidetur laurea coronatus, dextra facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR.P. COS. VIII.

In altera.

Palma arbor in Judæa frequens, cuius ramuli Victoribus palestritis donabantur, impressa est. Inscriptio." S.P.Q.R. VICTOR. "IVDAEA CAPTA. Hincinde. S-C. Inuersæ infrà literæ. ROMA. Nummum hunc æneum magnum domi ego habeo.

In una parte.

11. Vespasianus depingitur laurea decorus, læuo ore, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. VESPAS. AVG. P.M. TR.P. P.P. COS. IIII.

In altera.

Eques Imp. armatus, paludamento latè uolitante, telum, quod eleuatiore tenet dextra in humi iacentem hostem uibrare uidetur, ad leuam decurrit uiam. infrà. S.C. Nummum hunc æneum amplum uidi Romæ apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

12. Vespasianus effigiatur laurea decorus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR.P. COS. VII.

In altera.

In altera.

Templum undiq; ornatum hexapilon (Pacis nimirum) multis statuis per eius fastigiũ dispositis, et Victorijs decoratum, ut deuictarũ prouinciarum imagines supplices Victorem adorantes sedentem in Tympano medio silentio præteream. In æde media, tres statuæ sunt positæ. Extra ad utrunq; latus duæ in stylobatis conspiciuntur sublimes. Infrà. s.c. Nummum hunc æneum peramplum memini me uidisse apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

3. Vespasianus uidetur laurea pulcher, læua facie, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. . . .

In altera.

Palmæ arbori subterassidens Judæa Prouincia debellata, triste de se exhibet spectaculum; nam ut erepta sibi spolia taceã opima, obuelato capite illa, attractis cruribus, reiecta in gremium dextra, læua capiti supposita sublapso infelicem euentum animo dum uolutat, dolorem exasperat. Inscriptio. IVDAEA CAPTA. infrà. s.c. Nummum hunc æneũ magnum uidi Romæ apud D. Antoniũ Augustinum.

In una

z.e.ij.

In una parte'.

14. Vespasianus uidetur laurea decorus, sinistra facie', cum nominis elogio. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR.P. COS. VI.

In altera.

Palmæ arbori astat uir, assidetq; mulier, Iudæi captiui, Juxta quos spolia reiecta adparent. Inscriptio. IVDAEA CAPTA. infrà. S.C. Nummum eum æneum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum

In una parte'.

15. Vespasianus effigiatur irradiatus, dextra facie', cum nominis Epigraphe'. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. T.P. COS. V. CENS.

In altera.

Pacis simulachrum tunicatum, pallio, conuersum stans, una manu tenet caduceum, altera cornucopiæ. Semicinctum. S-C. Circumscriptio. FELICITAS PVBLICA. Hunc nummum æneum Romæ D. Antonius Augustinus, ego domi commonstro.

In una parte'.

16. Vespasianus depingitur laureatus, læua facie', cum nominis titulo. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR.P. COS. VIII.

In altera.

Mars Victor, armatura graui armatus, galeatus, thoracatus, ocreatus, paludamento accinctus, dextrorsum celeriter currens, porrecta

porrecta altera Victoriam tenet præmia
virtuti debita fortis militis, Lauream, & palmam concedentem, altera ad latus contractiore Trophæum baiulans. Hinc-inde S-C. Circum. MARS VICTOR. Hunc nummum æreum magnum sic satis apud me domi licebit conspicari.

In una parte.

17. Vespasianus depingitur radiatus, læuo obtutu, cum nominis elogio. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. T.P. COS. VI.

In altera.

Pacis simulachrum, proximo simile omninò, cum ijsdem undiqs literis. Nummum istum æneum ego domi meæ conseruo

In una parte.

8. Vespasianus videtur laurea coronatus, læuo aspectu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPAS. AVG. P.M. TR. P. COS. III.

In altera.

Judæa victor gloriosus Imp. Laurea decorus, thoracatus, paludatus, summam hastam dextra tenens, læua paraZonium, galeã pede calcans læuo, ad palmam arbore infrà sedentem Judæam, sublapso ore, tristem, ac maceratam lachrymis, obuelato capite, cominus respicit. Inscriptio. IVDAEA CAPTA. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum satis vidi Romæ apud Antonietum Romanè Antiquariũ

In una

In una parte.

19. Vespasianus depingitur laureatus, læuo ore, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. TR. P. COS. IIII. CENS.

In altera.

Mars Gradiuus ad læuam it galeatus, strophio lumbis circumcinctus tantùm, una manu telum librans, altera gerens trophæum. Hincinde. S-C. Nummum hunc æneum magnum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

20. Vespasianus uidetur laurea coronatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. COS....

In altera.

Signum militare Aquilam in rostro positum nauis, duæ dextræ inter se coniunctæ pariter tenent. Inscriptio. FIDES EXERCITVVM. infrà. S.C. Nummum hunc æneum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

21. Vespasianus effigiatur laurea pulcher, ore sinistro, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. I...

In altera.

Corona ciuica impressa est, cum duabus literis. S.C. in umbilico. Nummum hunc

æneum

æneum me uidisse recordor apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

22. Vespasianus occurrit laurea decorus, dextra facie, cum nominis elogio. IMP. CAESAR VESPASIAN. COS. VIII.

In altera.

Spei simulachrum superiori simillimum, cum lateralibus literis ijsdem. S-C. Nummus hic æneus domi nrãe uidebitꝫ

In una parte.

23. Vespasianus depingitur laurea coronatus, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Pax cernitur tunicata, patagiata, stans ad aram sertis obuinctam, dextra tenẽs patinam, altera caduceum, & oliuæ ramum. Hincinde. S-C. Circum. PAX AVG. Nummum hunc æneum magnũ uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

24. Vespasianus uidetur laureatus, sinistrors. respectans, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Victoria ad pubem usq̃ nuda, ad arborẽ palmam

2. e. iiij.

palmum clypeum genu læuo impositum, (pede calcans galeam) rebus egregiè ab Vesp. gestis notat, inclinato corpore. Subter Deam Prouincia captiua sedet Judæa, prona facie, subiecta capiti læua, perturbato animo. Circumscriptio. VICTORIA AVGVSTI. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum uidere apud me licebit.

In una parte.

25. Vespasianus effigiatur Laurea donatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. COS. VI. CENSOR.

In altera.

Prouidentiæ Templum, seu ara, sertis frondeis ornata, ai uerbena sacra. Hincinde. S-C. infrà. PROVIDEN. Nummum hunc æneum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

26. Vespasianus occurrit laurea redimitus, læuo obtutu, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.

In altera.

Roma Domina miles in subiectis spoliis barbaricis sedens, galea, thorace, paludamento induta, ocreata, dextra laureâ porrigit, læua paraζonij manubrium adprehendit, orbem dextro pede conculcans.

Inscriptio.

Inscriptio. ROMA. infrà. S.C. Nummum hunc æneum ego domi meæ seruo.

In una parte.

27. Vespasianus cernitur laureatus, læuâ faciè, cum nominis elogio. IMP. CAES. VESPAS. AVG. P.M. TR. P. COS. ....

In altera.

Æquitas conuersa stat, tunicata, patagiata, una manu æquilibram tenet, altera palmam. Simile. S-C. Inscriptio. AEQVITAS AVGVSTI. Nummum hîc æneum magnum uidi apud D. Antoniũ Augustinum Romæ.

In una parte.

28. Vespasianus depingitur laurea coronatus, sinistrorsùm obtuens, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. TR. P. COS. ....

In altera.

Victoria Trophæum construit, è Iudaicis spoliis. Sub quo & ipsa Prouincia sedet captiua, prono uultu, demissa in gremiũ læua, altera capiti supposita, mœstitiam animi commonstrans. Circumscriptio. VICTORIA AVGVSTI. infrà. S.C. Hunc nummum æneum magnum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

29. Vespasianus cernitur laurea coronatus, læua faciè, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. TR. P. COS. IIII. CENS.

In altera.

In altera.

Prouidentia ara, sertis ornata, in cuius summitate' trulla, ac coronæ adparent. Hinc inde'. S-C. infrà. PROVIDEN. Hunc nummum æneum uidi' Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte'.

30. Vespasianus effigiatur laureatus, læua facie', cum nominis epigraphe'. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. .....

In altera.

Equos effrenes duos loris retinent Viri duo nudi, conuersi ad nos, uirgas tenentes, alter læua, alter dextra, è quorum brachijs strophiola prolabuntur, ijs similes statuis (à Praxitele' sculptis) quas hodiè in monte' Caballo conspicere' licet. Hùc nummum æneum amplum memini me' uidisse' apud Antonietum Romanũ Antiquarium Romæ.

In una parte'.

31. Vespasianus uidetur lauro coronatus, facie' sinistra, cum nominis elogio. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. COS. III.

In altera.

Ceres, seu Annona, stolata, succincta, dextra spicas deijcit, læua summam habet hastã. Hinc inde'. S-C. Circum. CERES AVGVST. Nummum hunc æneum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una

In una parte.

Vespasianus cernitur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III. In alio ære radiatus est, inscriptiogz breuior.

In altera.

Fortuna redux tunicata, patagiata, stat conuersa, una manu clauum globo impositi gubernaculi tenet, altera Cornucopiæ. Circumscriptio. FORTVNAE REDVCI. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum Romæ habet D. Antonius Augustinus, similem domi meæ ego.

In una parte.

Vespasianus effigiatur, lauro coronatus, sinistrorsum obtuens, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Roma Victrix, conuersa stat, galeata, tunicam castrensem indueta, ocreata, dextra porrecta tenens Victoriolam præmiatricem, læua summam hastam. Sinc imag. S-C. A dextris. ROMA. Nummum hunc æneum magnum domi ego habeo.

In una parte.

Vespasianus cernitur, laurea coronatus, læua ore, cum nominis encomio. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.

In altera.

In altera.

Ceres tunicata, patagiata, sedens in sella eburnea, una papauera & spicas tenet, altera accensam facem lustralem. Inscriptio. CERES AVGVSTA. infrà. S.C. Nummum hunc aeneum memini me' uidisse' Romae apud D. Antonium Augustinum.

In una parte'.

35. Vespasianus uidetur lauro coronatus, sinistrorsùm obtuens, cum nominis encomio. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Palmae arbori mediae hinc captiuus retrò ligatis manibus uir Iudaeus astat, habitu patrio, post quem, scuta, hastae, galea adparent, inde assidet inter armorum cumulum ipsa Prouincia profligata, captiuitatis erumnosam sortem mirè detestans, sublapsa facie, subiecta capiti laeua manu, animi passionem exprimens. Inscriptio. IVDAEA CAPTA. infrà. S.C. Nummum hunc aeneum magnum uidi' Romae apud D. Antonium Augustinum.

In una parte'.

35. Vespasianus habetur laureatus, sinistra facie', cum inscriptione'. IMP. T. CAESAR VESPASIANVS.

In altera.

Aquila

Aquila labaro insistit, signum medium inter alia duo signa, dextrum labarum, ac sinistram humanam manum, cui subiecta est bilanx. Inscriptio hic à nobis nulla conspecta est. Nummus hic æneus Florentinum apud Principē Illustrem D. Franciscum Medicem.

In una parte.

37. Dactylus arbor cuirescit. Epigraphē autem ita habebat. IMP. CAES. VESPASIANVS.

In altera.

Signum militare est: cui ad latera impōsi sunt duo characteres. S-C. Inscriptio autem superioris seriem sequitur. PONT. M. TR. P. P.P. COS. III. Nummum hunc exiguum ex arē conspicati sumus Romæ in Musæo D. Antonij Augustini.

In una parte.

38. Palma arbor in medio nummo impressa ē, Inscriptio. IMP. CAES. VESPASIANVS AVG.

In altera.

Signum militare dēfixum. Inscriptio. PON. M. TR. P. P.P. COS. III. Circumdē. S-C. Hūc nummum æneum vidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

39. Vespasianus cernitur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphē. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

In altera.

Vesta Dea obuelato capite sedet, prætextata, una manu Palladium tenens, altera scipionem. Hincinde. s-c. infrà. VESTA. Nummum hunc æneum uidisse me recordor apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

40. Vespasianus depingitur laurea coronatus, læuo ore, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M.TR.P. COS. III.

In altera.

Roma Victrix stat conuersa, tunica breui induta, exerta papilla, dextra manu porrecta Victoriolam tenens præmiatricem, altera summam hastam. Hincinde. s-c. Inscriptio. ROMA. Hunc nummum æneum perbellum ac magnũ uidere apud me licet.

In una parte.

41. Vespasianus, laurea insignitus cernitur, sinistrorsum intuens, pectore aperto aduersoq̃. Inscriptio. IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. COS. III.

In altera.

Templum Prouidentiæ expressum habetur, ualuis præclusum: opere nullo singulari, quadrangulare. Subscriptio. PROVIDEN. Hincinde. s-c. Hic nummus æreus uulgatæ amplitudinis apud Petrũ Rames Hispanum à me uisus est Venetijs.

In una

In una parte.

2. Vespasianus prodit, laureatus, sinistro aspectu, cum nominis encomio. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Salus dea sedet in sella eburnea, obuelato capite, prætextam sacram induta, una manu patinam tenet, altera summum scipionē. Inscriptio. SALVS AVGVSTA. infrà. S.C. In quodam, aperto est capite dea. Nummū hunc æneum uidi Romæ apud D. Anton. Augustinum.

In una parte.

3. Vespasianus uidetur, laurea coronatus, dextrorsùm prospectans, aperto collo, cum nominis inscriptione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG.

In altera.

Signa militaria tria ordine stant, in rostris totidem infixa nauium. A quorum lateribus adprimitur. S-C. Nummū hunc æneum uidimus apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

4. Vespasianum conspicor laureatum, læua facie, aperto collo, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESPAS. AVG. COS. III. TR. P. P.P.

In altera.

Pacis imago, sinistrorsùm respectans, aureo retiolo ornata, aperto pectore, aduersoq3.

Inscriptio.

Inscriptio. PACI ORB. . . . . RAR. AVG. Inferius est. EDE. Apud. . . . . .

In una parte.

45. Vespasianus effigiatur laureatus, læuo aspectu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. COS. III.

In altera.

Tres Aquilæ signa in rostro nauium defixa sunt. Sincinde. S-C. Nummum hunc æneum uidi apud Petrum Ramos Hispan. Venetijs.

In una parte.

46. Vespasianus cernitur, laurea decoratus, sinistro uultu, cum nominis sui titulo. IMP. CAESAR VESP. AVG. P.M. T.P. COS. IIII. CENS.

In altera.

Æquitas tunicata, patagiata stat, una manu lebripendem tenet, altera summam hastã. Circum. AEQVITAS AVGVSTI. Sincinde. S-C. Nummum hunc æneum magnũ apud D. Antonium Augustinum Romæ sum conspicatus.

In una parte.

47. Vespasianus uidetur, laurea coronatus, sinistrorsum obtuens, cum nominis epigraphe. IMP. CAESAR VESP. AVG. COS. V. CENS.

In altera.

Æquitatis simulachrum stolatum, una æquilibrem tenet, altera summam hastam.

Inscriptio.

Inscriptio, & litera eadem, quæ suprà. Apud eundem præterea dominum hic nummus uidendus est.

In una parte.

8. Vespasianus occurrit Laureatus, læuo obtutu, cum nominis elogio. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. TR. P. COS. VIII.

In altera.

Omnia superioribus duobus similia. Jaemq; æris est possessor.

In una parte.

9. Vespasianus obuius est dextro ore, Laurea decoratus, cum nominis Epigraphe. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Copiæ cornua gemina, in transuersum infrà coniunguntur, mediumq; habent caduceū. Circumscriptio. PON. MAX. TR. POT. P.P. COS. V. CENS. Nummum eum æneum me uidisse memini apud D. Abbatem S. Irenei, Mantuæ.

In una parte.

. Vespasianus cernitur Laurea decorus, læua facie, cum nominis titulo. IMP. CAESAR VESP. AVG. COS. V. CENS.

In altera.

Spes Dea dextrorsum gressum promouet, una Lilium commonstrans, altera tunicæ limbos inferiores, ad femora usq; subducit.

Semimale.

Z.f.

Hincinde. S-C. Nummum hunc æneum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

51. Vespasianus occurrit, laurea coronatus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.

In altera.

Pax tunicata, patagiata, dextra caduceum defigit, altera habet ramulum oliuæ, læuo cubito in columnam innixa. Hincinde. S-C. Circum. PAX AVGVSTI. Nummum hunc æneum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

52. Vespasianus occurrit laureatus, læuo obtutu, cum nominis encomio. IMP. CAES. VESPAS. AVG. P. M. TR. P. COS. III.

In altera.

Pax Dea conuersa stat, tunicata, patagiata, una manu deijciens quodammodo oliuæ ramulum, altera habens cornucopiæ. Hincinde. S-C. Circum. PAX AVGVSTI. Nummum hunc æneum Romæ habet ostendere D. Antonius Augustinus.

In una parte.

53. Vespasianus cernitur irradiatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESP. AVG.

In altera.

Copiæ cornua

Capricornua dico imis sui partibus infrà ita coniungantur transuersim, ut medium habeant caduceum. Circumscriptio. PON. MAX. TR. POT. P.P. COS. V. CENS. Nummum hunc aeneum mediocrem Romae uidi apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

4. Vespasianus depingitur laurea decorus, sinistro uultu, cum nominis encomio. IMP. CAES. VESPAS. AVG. P.M. TR. P. COS. . . .

In altera.

Corona ciuica, in qua talè cernitur monumentum. S.P.Q.R. P.P. OB CIVES SERVATOS. Nummum hunc aeneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispan. Venetijs.

In una parte.

5. Vespasianus cernitur laureatus, laeua faciè, cu talì inscriptionè. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Fidei symbolum. Duae manus coniunctae inter sè, spicas & caduceum simul sustentant. Inscriptio. FIDES PVBL. infrà. S.C. Hunc nummum aeneum uidi apud Petrum Ramnes Hispanum Venetijs.

In una parte.

6. Vespasianus irradiatus uidetur, laeua faciè, cum nominis epigraphè. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

In altera.

Tutela Dea tunicam, ac patagium inducta, sedens, ambabus manibus pueros, Titum, nimirum, ac Domitianum, curæ suæ demandatos amplectitur. Inscriptio. TVTELA AVGVSTI. infrà. S.C. Nummum hunc æneum mediocrem vidi apud D. Joannem Jacobum Tuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

57. Vespasianus cernitur laureatus, læua facie, cum nominis encomio. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.

In altera.

Roma Domitrix gentium barbararum, in cumulo ingenti Spoliorum sedens, galeata, tunicam castrensem inducta, una lauream altè ostentat, læua parazonij manubriũ adprehendit. Simicinde. S-C. infrà. ROMA. Nummum hunc æneum mediocrem dõmi ego habeo.

In una parte.

58. Vespasianus videtur laureatus, sinistrorsum intuens, cum nominis encomio. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. VIII. P.P.

In altera.

Fides repræsentata, tunicata, patagiata, ac tutelata, una tenens patinam, altera Cornucopiæ. Simicinde. S-C. Circum. FIDES PVBLICA.

IVBLICA. Nummum hunc æneum mediocrem domi conſeruo ego.

In una parte.

79. Veſpaſianus depingitur laurea coronatus, ſiniſtra facie, cum nominis titulo. IMP. CAESAR VESPASIAN. COS. VIII.

In altera.

Victoria ſiniſtrorſum intendit, ſuper roſtra ſtans nauis, dextra laureum ſertum oſtendit, altera fert palmam. Inſcriptio. VICTORIA AVGVSTI. Nummum hunc æneum mediocrem domi meæ conſeruo.

In una parte

80. Trophæum ſtat ex hoſte relatum, in quo galea ſuffixa eſt, appenſaq; ſunt, thorax, clypei, ſagum, tibialiaq;. Inſcriptio. IMP. VESPASIAN. AVG.

In altera.

Signum militare, in cuius ſummitate appenſum labarum. Simile habet hos characteres. S-C. Inſcriptio. ad ſuperioris filum annectenda. P.M. TR. P. P.P. COS. III. Nummum hunc æreu Romæ conſpexim⁹ apud D. Antonium Auguſtinum.

In una parte.

81. Veſpaſianus laureatus, ad ſiniſtram reſpiciens, thorace, ac paludamento indutus, cum inſcriptione. IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

In altera.

Mars galea cristata tectus, hastatus, trophæa duo humeris fert, ex deuictarum gentium spoliis comparata, nudus, solo strophio ad lumbos præcinctus. Epigraphe. MARS VICTOR. Simile. s-c. Hic æreus nummus mediæ amplitudinis apud Patriarcham Grimanum Venetijs uideri poterit.

In una parte.

62. Vespasianus depingitur, laurea decorus, sinistrorsum intuens, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Manipulus tritici impressus est, nō addita tamen ulla inscriptione. Hic nummus æreus Romæ à nobis est uisus, mediocri amplitudine apud Jul. Calastanū.

In una parte.

63. Vespasianus uidetur irradiatus, sinistro ore, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.

In altera

Concordiæ signum sedens, tunicatum, patagiatum, una tenens patinam in accensa ara, propter sapposita, altera cornucopiæ. Circum. CONCORDIA AVGVSTI. infrà. S.C. Nummum eum æreum mediocrem Romæ uidi apud D. Antonium Augustinum.

In una

In una parte.

4. Vespasianus depingitur laurea insignis, læua facie, cum hac inscriptione. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Corona ciuica, cum inserto titulo. S.P.Q.R. ADSERTORI LIBERTATIS PVBLICAE. Hunc nummum æreum apud Horatium Petrucium Senensem uidimus.

In una parte.

5. Pacis imago lauro coronata, capillo passo, ita ut cincinni in collo propendeant, uelato pectore, è cuius parte sinistra oliuæ ramulus exoresoit. Inscriptio uerò est. IMP. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV.

In altera.

Aquila sinistrorsum itura, compressis alis stat in ramo lauri. Sub ea est. S.C. Nummulum hunc æneum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

7. Duo copuecornua collocata sunt in hunc modum, ut medium caduceum, ueluti infixum, ne in hanc aut illam partem cadat, sustineant. Inscriptio. IMP. VESP. AVG. COS. VIII.

In altera.

Caduceum uideas erectum. Inscriptio ad superiorem continuanda. P.M. TR. P. P.P. COS. VIII.

P. P. COS. VIII. Nummum hunc æreum paruũ uidimus Romæ apud D. Antonium Augustin.

In uera parte.

67. Congius expressus est, ab imo in supremum os paulatim decrescens, pedibus insistens. Cui addita erat epigraphe. IMP. T. VESP. AVG. COS. III.

In altera.

Corona triumphalis cernitur, cum centralibus duabus literis. S.C. Quem nũmulum aliquando Romæ nobis commonstrauit D. Antonius Augustinus.

In uera parte.

68. Romam uideo galea armatam cristata, sinistrorsum spectantem, detecto collo, cũ addita epigraphe. IMP. CAES. T. VESP. AVG. P. MAX.

In altera.

Corona ciuica uidetur, in qua media legitur. S.C. Nummulum hunc ex ære Romæ conspexi in ædibus D. Anton. Augustini.

In uera parte.

69. Vitellius effigiatus est, aperto capite, læuo obtutu, sine literarum uestigijs.

In altera.

Templum Iouis Capitolini, summa in rupe, constructum, longo graduum ordine, ascensugq; patens. Est autem id hexapylon, sertis obuinctum suaueolentibus.

Per

Per cuius fastigium quadrigæ, Victoriæ, & iubilantium statuæ constitutæ ad operis decorem. In delubro ipse stat Iuppiter in basi: Hincinde. S–C. Circumscriptio. IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. P.P. REST. Nummum hunc æneum apud . . . . . .

In una parte.

0. Vespasianus uidetur laureatus, caluus, læua facie, senium referente, cum circũscriptiõe græca. ΚΑΙCΑΡ Ο ΥΕCΠΑC . . . .

In altera.

Cybele stat tunicata, patagiata, turrita corona, dextra labarum tenens, altera ad femur demissa summum cornucopiæ. Apud Deæ dexteram sunt literæ. ΒΑΡ. In superficiali ambitu, à tergo. ΑΠΟΛ . . . . Nummus hic æneus mihi uisus est apud D. Georgium Kandlerum LL. Doctorem Norimbergæ.

In una parte.

1. Vespasianus uidetur laurea decoratus, læuo uultu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. VIII. P.P.

In altera.

Victoria ad dextram uiam it, cito passu, dextra manu clypeum ferens, in quo legitur. S. P. Q. R. Læua palmam, Hincinde. S–C. Nummum hunc æneũ uidi apud D. Iulium Gronlerium Regium Quæstorem Romæ.

In una

In una parte.

72. Vespasianus depingitur laureatus, laeuo obtutu, aperto capite, cum nominis epigraphe. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera

Arcus triumphalis, seu fornix Vespasiano factus, post Iudaicam Victoriam. In quo Victoriarum, & captiuorum imagines insculptae sunt, historiam ipsam prae se ferunt. In angulis Victoriae ambabus manibus laureas ostentant. Triumphus exprimitur. Summitate in ipsa quadriga, & trophaea sunt. Hinc male. S-C. Circumscriptio. PONT. MAX. TR. POT. X.. COS. VII. P.P. Nummum hunc aeneum apud.....

In una parte.

73. Vespasianus occurrit laureatus, laeua facie, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P. M. TR. P. P.P. COS. III.

In altera.

Roma domina inter Septem colles sedens, galeata, thoracata, paraZonio cincta, una tenet manu cornucopiae, altera Victoriam praemiatricem, pede dextro supra terguem, qua uberibus suis gemellos nutrit, calcans, laeuo genu laeuum Tyberini patris. Sedet hic graminea corona coronatus, rigente barba, nudus, dextra gubernaculum habens, cubito laeuo

in urnam

in urnam inuersam incumbens: è qua magnus aquæ fons, ac cursus profluit. In undis præterea est alueolus ille expositorum Romuli & Remi. Hincinde. s-c. Inscriptionis aliud nihil erat. Nummum hunc æneum apud.....

In una parte.

Vespasianus prodit laureatus, læua facie, cũ nominis epigraphe. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Suggestus latus, altusq; cernitur. Hinc in sellis curulibus sedentes Vespasianus, ac Titus, laureatus uterq;, trabeatusq;, cum populo, cuius nga se beniuolentiã muneribus aucupantur, uerba habent, sinistris schædas tenent. Antè retroq; togati stant Tribuni. Prior in officio est, congij dandi, quem altè dextra manu effert. Sub eo in solo plebeius uir, accedens ad suggestum, succinctus toga, munus expectat. Anteriori loco in stylobate, in suggesti extimo margine, Minerua stat galeata, ægide munita, hasta, ac parazonio, beneficio Impp. talionem reddent, Victoriolam præmiatricem læua tenet. Circumscriptio. CONGIAR. P. R. DAT. PONT. MAX. TR. POT. .X. P.P. Nummum hunc æneum...

In una

In una parte.

75. Vespasianus cernitur laureatus, sinistrorsum obtuens, cum nominis monumento. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. P.M.TR.P. P.P. COS. III.

In altera.

Suggestus in parte sinistra erectus. Vnde Imp. laureatus, paratonio cinctus, thoracatus, paludatus, adstantibus filijs Tito, & Domitiano armatis undiq, necnó telis munitis, apud milites orationem habet. Hi in globo stant attenti, uariè armati. Eos inter signiferi legionum, labarum, aquila, ac ferculum adparent. Inscriptio. FIDES MILIT. Nummum hunc aneum . . . . . .

In una parte.

76. Vespasianus irradiatus, ac Titus laureatus, sese inuicem in os intuentur. Supra horũ frontem concordiæ symbolum, manus duæ dextræ coniunctæ, lauri ramulum, ac palmulam transuersam tenent. Infrà monetarius iconem mulieborem incudit.

In altera.

Triumphus illè insignis Iudaicus exprimitur. Stupendum illud Pacis templum adparet, structura & opere magnificum, sertis aduinctum undiq. Cuius in frontispicio maiestas figurarum insculpta est.

Sedentem

Sedentem Victorem supplices supini adorant. Præter eius structuræ fundamenta, curru alto triumphali Imper. Vespasianus cum filio Tito, laureati, armati, ac paludati, lauri ramulos dextris victricibus ostentantes, sinistra uia inuehuntur. Equi feroces deuictam prouinciam, supplicem, obterunt immaniter. Illachrimatur illa, ac altùm uociferatur, puerumq; quem inter genua habet, ne cadant, aut contumulant, deprecatur. Pompam Roma galeata, hastata, scutata, tunicam induta breuem castrensem, præit, lorisq; equos ductitat.

Supra legitur. PONT. MAX. TR. POT. XX. P.P.

Infrà. TRIVMPH. DE IVD. Nummum hùc æneum memini me uidisse Genevæ in Allobrogibus apud quendam nobilem Gallum.

In una parte:

T. Vespasianus depingitur, radiatus, læua facie, aperto collo, cum nominis epigraphe.

T. CAES. VESPASIAN. IMP. III. PON. TR. POT. II. COS. II.

In altera.

Roma uidetur victrix, galeam cristatam capite gestans, thoracem, ac paludamentum induta, ad dextram intentior, in thorace subiecto sedens, apud quem plura sunt arma reposita, dextra manu Victoriam tenens, altera summam hastam.

Inscriptio.

Inscriptio. ROMA. VICTRIX. Infrà. S.C. Hunc nummum aneum vidi Norimbergæ apud D. Georgium Kandlerum LL. Doctorem.

In una parte.

78. Vespasianus videtur Laurea decorus, aspectu leuo, cum nominis elogio. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. TR. P. COS. IIII. CENSOR.

In altera.

Templum sphæricum Vestæ, tetrapylon, gradib. ternis substratum. Cius in medio Deæ est Simulachrum tunicatum, pallio tectum, una patinam prætendens, altera summâ hastam tenens, in basi collocatum. Fastigio tecta minor, similis tamen è statua. Fincimale. S-C. Circum. VESTA. Hunc nummum æreum vidi Norimbergæ apud D. Georgium Kandlerum, LL. Doctorem.

Vespasiani.

Vespasiani Aenea spectabiliora.

In una parte.

1. Vespasianus radiatus, & Titus laureatus, sese mutuum intuentur proximis uultibꝰ, flos corona ambit è balsamo confecta, quam herbam odoriferam primus Romã tulit Vespasianus ex deuicta Palestina.

In altera.

Arcus, rebus in Iudea gestis persculptus, & Victorijs, Vespasiano fabricatus, cuius structuram adhuc integram Romæ secundũ Capitolium uidere licet, in foro Boario. Huius in frontispicio legitur. S.P.Q.R. IMP. .... Supra coronidem Quadriga & trophæa adparent. In utrogꝫ latere Victoriæ sunt collocatæ. Nummum hunc æneum magnum, ac amplum mihi commonstrauit Annibal Sanctonius Veronensis.

In una parte.

2. Vespasianus occurrit laureatus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIAN. AVG. COS. III.

In altera.

Venatoris specie Imp. tunicam breuem indutus, cothurnis calciatus, retro arborem stans, aprum è specu se ostendentẽ, manu

manu utraq; uenabulum tenens, expectat, & ferit. Fidus domino canis, operam suã sedulò impendit, nam ad gulam feram morsicat. Nummum hunc æneum memini me uidisse apud Petrum Ramus Hispanum Venetijs. Alterum habet Reuerendissimus D. Grimanus Patriarcha Aquileiensis.

Vespasiani

Vespasiani Argentea.

In una parte.

Vespasianus habetur laurea coronatus, facie sinistra, cum nominis commendatisme.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Titus, et Domitianus, adolescentes, florentibus annis, ac uerna aetate decori, in sella curuli sedentes, ambo tunicis palmatis inducti, pari animo lauri ramulos ostentant, sublatis unanimiter dextris, ad uiam dextram inclinatiores. Inscriptio. TITVS ET DOMITIAN. CAES. PRIN. IV. Nummum hunc argenteum uidi Romae apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

Vespasianus occurrit laureatus, laeua facie, aperto collo, obuersoq. Inscriptio. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Dextras coniungunt Roma, in dextra parte stans, cristata galea, thorace, paludamentoq. inducta, ocreata insuper, ac Imp. in contraria expressus parte, togatus, sinistra schedam habens. Dea uero laeua manu signum Aquilam praefixum tenet. Inscriptio. CONSENS. EXERCIT. Argenteū hunc

hunc nummum Romæ apud D. Antonium Augustinum conspeximus.

In una parte.

3. Vespasianus occurrit laurea conspicuus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIANVS AVG. P. M.

In altera.

Columna rostrata sublimis, cum impositâ aurea statua Vespasiani irradiati, hastatiq; . Inscriptio. TR. P. VIIII. IMP. . . . . COS. . . . . Nummum hunc argenteũ sum conspicatus aliquandò apud D. Achillem Staphæum Romæ.

In una parte.

4. Vespasianus videtur laureatus, læuo ore, cum nominis epigraphe. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Columna proximæ similissima, cum eiusd. Victoris simulachro. Inscriptio. TR. P. X. COS. VIIII. Nummum hunc argenteũ vidi aliquandò apud D. Joannem Jacobũ Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

5. Vespasianus cernitur laurea decorus, læuo obtutu, cum nominis titulo. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Caduceum Mercurij, in medio argento erectum. Inscriptio. PON. MAX. TR. P. COS. V.

Nummum

Summum eum argenteum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

Vespasianus conspicitur, ad lævam oculos dirigens, pectore nudo, laureatus, cum inscriptione tali. DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS

In altera.

Currus funeralis, parentationis pompis, ac circensibus ludis vehendus, in defuncti memoriam Vesp. quatuor equis dextrorsum tracto, rerum, quas in vita gessit memorabilium, signis, Victoriarumq; spectabilis, monumentis coopertus, quod tectum habet, in quo summo videntur equi. In imis angulis Victoriæ lauriferæ. Tum videre est Trophæum, Victoriam palmiferam. In fronte præterea aliæ Victoriæ clypeum tenent. In latere subsilientes exultantium gestu imagunculæ conspiciuntur. Pari forma, inter Claudij numismata, videri poterit currus expressus. Infrascriptum. EX.S.C.

Hic nummus argenteus exiguus est apud Alexandrum Coruinum Romanum.

In una parte.

Vespasianus videtur laurea decoratus, vultu sinistro, cum nominis commendatione. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Justitia seu Æquitas dea stat, tunicam, ac pataqium

patagium induta, una manu tenens æquilibram, altera hastam. Inscriptio. COS. ITER. TR. POT. Nummum eum argenteum habet D. Antonius Augustinus Romæ.

In una parte.

8. Vespasianus uidetur laureatus, læuo aspectu, cum nominis commendatione. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Liberi Vespasiani Titus & Domitianus fratres, mutuum proximi intuentur, inornati, & apertis ambo capitibus. Inscriptio cuilibet propria addita pro honore. CAESAR AVG. F. COS. CAESAR AVG. F. PR. Quorum alter consulatu fungeretur, alter Principis nõie ad honorem salutaretur. Nummum eum argenteum uidimus aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

9. Vespasianus uidetur laureatus, læua facie, cum nominis commendatione. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Aquila in basi lata posita, explicatis alis ad uolatum, ad dextram detorto rostro. Hinc inde. COS. VI. Nummum hunc argenteum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

Vespasianus

10. Vespasianus adest laurea pulcher, læuo obtutu, cum tali epigraphe. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Scropha ad dextram uiam currit, grunniens, sub qua nefrendes tres adparent, matrem eadem uia sequentes. infrà. IMP. XIII. Nummum hunc argenteum uidi apud Julium Romanum Mantuæ. Quid sodes, id signi aliud, nisi* FL. Domicillæ uxoris memoriam refert, è qua treis liberos susceperit, Titum, Domitianum, ac Domicillã.

In una parte.

11. Gubernaculum nauis, & clauus globo magno affixa sunt. Circum quæ legere erat. IMP. VESPASIAN. AVG.

In altera.

Caduceum Mercurij erectum est. Ac illi addita circumscriptione huiusmodi. P. M. TR. P. II. COS. VI. Nummum eum argenteum apud D. Antonium Augustinum uidi Romæ.

In una parte.

12. Vespasianus uidetur lauro coronatus, facie sinistra, cum nominis commendatione. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Titus & Domitianus equites, Aug. filij thoracati, paludati, gestientes, dextris

altè

2. g. iij.

altè proiectis, ad læuam pari equorum cursu contendunt. Inscriptio. T. ET DOMITIAN. CAES. PRIN. IV. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuch. Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

13. Vespasianus depingitur laureatus, læua facie, cum nominis commendatione. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG. P.M.

In altera.

Sella sacra, tapete strata aureo. Inscriptio. TR. P. X. IMP. XV. COS. VIII. P.P. Nummum hunc argenteum uidimus aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

14. Vespasianus effigiatur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESP. AVG. COS. IIII. CENS.

In altera.

Victoria ad dextrum itinet currens citiscè dextra in sublime educit lauream coronã: læua ad femur ferè depressa palmam tenet. Inscriptio. PACI AVGVSTI. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

15. Vespasianus cernitur laurea decorus, læuo obtutu oris, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESP. AVG. COS. IIII. CENS.

In altera.

In altera.

Vesta prætextam sacram induta stat, obuelato capite, una manu sympullum tenēs, altera summam hastam. Hincinde. VESTA. Nummum hunc argenteum uidi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

16. Vespasianus cernitur lauro redimitus, læuo uultu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII. CENS.

In altera.

Salus Dea in sella sedens eburnea, tunicata, patagiata, una tenens manu patinam, qua ex ara se attollentem anguem cibat, altera in latus demissa. Inscriptio. SALVS AVG. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

17. Vespasianus cernitur laurea coronatus, dextro ore, cum nominis epigraphe. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Congius spicis, ac papauere plenus adparet. Hincinde. IMP. XIX. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

18. Vespasianus cernitur laurea pulcher, læuo ore,

ore, cum nominis titulo. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Mars Victor ad dextram tendit uiam, strophio circum lumbos adstricto, una tenens inuersa cuspide telum, altera gerens Trophæum. Inscriptio. COS. VIII. Retrò deū palma adfixa. Nummum eum argēteum uidi apud D. Antonium Augustinū Romæ.

In una parte.

19. Vespasianus cernitur laureatus, læuo ore, cum nominis commendatione. DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS.

In altera.

Victoria galeata citissimo passu accurrens, clypeum in Trophæum superponit ingentē, memoria Virtutis Vespasiani signatum. Conto medio transuersæ cetræ adparent. Humi assidet captiua Judæa, lachrymis affusa creberrimis, ac altè suspirans. Hincindè. EX. S.C. Nummum eum argenteum uidi apud Antonietum Romanum Antiquarium Romæ.

In una parte.

20. Vespasianum uideo laureatum, sinistro uultu, cum nominis elogio. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Securitas

Securitas, seu Pax Dea ad pubem nuda sedẽs, dextra tenet liliatum Sceptrum, læua in latere adalita. Inscriptio. PON. MAX. P.P. cos. VI. Nummum eum argenteũ uidi Romæ apud D. Antonium Augustin.

In una parte.

3. Vespasianus uidetur laurea pulcher, sinistro ore, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. VESP. P.M. COS. IIII. CENS.

In altera.

Fidei symbolum est. Duæ dextræ inter se coniunctæ, spicas, papauera, & caduceum tenent. Inscriptio. FIDES PVBL. Hunc nummum argenteum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

Vespasianus habetur laurea coronatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Rostrum nauis elaboratissimum, victoriarũ imaginibus percælatum, supra quod eminet ingens sydus. Inscriptio. cos. VIII. Nummum eum argenteum apud D. Abbatẽ D. Irenæi uidi Lugduni.

In una parte.

3. Vespasianus uidetur laureatus, læua facie, aperto pectore, cum nominis sui titulo. IMP. CAESAR VESPAS. AVG. COS. III. TR. P. P.P.

In altera.

In altera.

Pacis imago reperitur: quæ comæ multo studio compositæ, tutulum impressum, cui anteriori limbo turres adparent, gestat, uelato pectore, aduersùs. Inscriptio. PAX ORBIS TERRARVM. Nummum hunc argenteum Romæ uidimus apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

24. Vespasianus occurrit laureatus, læuo obtutu, cum nominis memoria. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Lauri duo ramuli, post obtentum triumphum inseri soliti. inter quos legitur. cos. V. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

25. Vespasianus cernitur laurea coronatus, facie sinistra, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII.

In altera.

Signa eadem religionis, quæ proximè. Argenteum hunc nummum apud eúdem dominum licet uidere.

In una parte.

26. Vespasianus uidetur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

In altera.

Mars victor ad lævam decurrit viam nudus, strophio circum lumbos cinctus, una telum librans, altera Tropheum. Inscriptio. cos. iter. tr. pot. Nummum hunc argenteum vidi aliquando apud D. Joannem Jacobum Zuccherum Augustæ Vindelicorũ.

In una parte.

Vespasianus effigiatur laureatus, lævo obtutu, cum nominis epigraphe. imp. caes. vesp. avg.

In altera.

Fortunæ reducis simulachrum, stantis, tunicatæ, patagiatæ, una clavum regentis, altera cornucopiæ. Inscriptio. cos. iter. fort. red. Nummum hunc argenteum vidi apud D. Antonium Augustinũ Romæ.

In una parte.

Vespasianus occurrit lauro redimitus, sinistra facie, cum nominis titulo. imp. caesar vespasianvs avg.

In altera.

Pax conversa stat, tunicata, patagiata, una tenens oliuæ ramum, altera caduceum. Inscriptio. cos. iter. tr. pot. Nummũ eum argenteum habet Romæ D. Antonig Augustinus.

In una parte.

Vespasianus

29. Vespasianus procit laurea decoratus, læuo ob-
tutu, cum nominis encomio. IMP. CAESAR
VESPASIANVS AVG. COS. IIII.

In altera.

Ceres dea stolata stat, bis cincta, dextra spi-
cas ac papauer deijciens, altera summa
tenens hastam. Inscriptio. CERES AVGVSTI.
Nummum hunc argenteum uidi Romæ
apud D. Antonium Augustinum

In una parte.

30. Vespasianus effigiatur eodem semper ornatu,
ac obtutu oris, cum nominis monumeto.
IMP. CAES. VESP. AVG. COS. IIII.

In altera.

Concordia dea in alto solio sedens, tunica
resplendens aurea, ac patagio amethys-
tino, una manu patinam auream tenet,
sacris faciundis, altera Cornucopiæ. In-
scriptio. CONCORDIA AVG. Infra deam est
stella. Nummum eum argentu
domi meæ habeo.

In una parte.

31. Vespasianus uidetur laurea coronatus, ore
sinistro, cum nominis titulo. CAESAR
VESPASIANVS AVG.

In altera.

Scropha, seu porca eadem quæ suprà,
eodem procurrens itinere, cum pari nu-
mero fœtus. infrà. IMP. XVII. Hunc

nummum

141

nummum argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

2. Vespasianus cernitur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Victoria in globo stans, ad læuam intẽta, una manu altè ostendens laureã coronã, altera gerens palmæ ramulum. Simcindè. VIC. AVG. Nummum hunc argenteũ uidi apud Petrum Rames Hispan. Venetijs.

In una parte.

3. Vespasianus habetur laurea decorus, facie sinistra, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. COS. ...

In altera.

Annona Dea ad pubem nuda sedet, manu dextra stiuam cum uomere tenet in dextro femore, læua ad latus adlita. Inscriptio. ANNONA AVG. Nummũ hunc argenteum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

4. Vespasianus occurrit laureatus, læuam intuens, cum nominis titulo. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Corona ciuica cum talibus literis. COS. VIII.

in ea

in ea media impressis. Nummus hic argenteus uisitur (ni fallor) apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

35. Vespasianus habetur lauro coronatus, sinistra facie, cum nominis elogio. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Bos ad læuam uiam tendit. Suprà. cos. V. Nummum hunc argenteum uidimus apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

36. Vespasianus effigiatur laureatus, læuo uultu, cum nominis epigraphe. DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS.

In altera.

Triumphali curru ad dextram inuehitur Imp. trabea conspicuus, una lauri ramum habenasq; quadrijugorum tenẽs equorum, altera sceptrum Aquilatum. Nummum eum argenteum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

37. Vespasianus deprehenditur laurea insignitus, læuam partem respectans, cum inscriptione. CAESAR VESPASIANVS AVG. TR. P.

In altera.

Judæa uelata, ad arborem Dactylũ stat, medio nummo, indigena ueste uestita, ligatis

142

ligatis antè manibus, dextrorsum inspiciēs, cum epigraphe. IVDAEA DEVICTA. Hic nummus exiguus argenteus apud Rectorem Patauinum Norimbergēn. mihi commonstratus est.

In una parte.

8. Vespasianus laureatus uidetur, sinistro orē, cum huiusmodi titulō. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Victoria naualis stans conuersa in rostro nauis, una lauream altissimè profert, ad ostentum, altera depressiore palmam habet. Inscriptio. PON. MAX. TR.P. COS. VI. Nummum eum argenteum uidi aliquando apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

Vespasianus obuius est laurea decorus corona, sinistra facie, cum nominis titulo. IMP. CAES. VESP. AVG. CENS.

In altera.

Imp. trabeatus sedet in sella curuli, ad lęuam intentior, una tenens scipionem eburneum, altera lauri ramum. Inscriptio. PONTIF. MAXIM. Nummū hunc argenteum uidi apud D. Antoniū Augustīnum Romæ.

In una parte.

Vespasianus

40. Vespasianus cernitur laurea decorus, lauo obtectu, cum nominis eodem titulo, quo proximè.

In altera.

Aquila eadem omninò: sed auctior numerus ab latere nimirum. cos. VII. Apud dominum eundem uisitur, quo prior.

In una parte.

41. Vespasianus uidetur laurea decorus, cum nominis epigraphe. DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS

In altera.

Quadriga uictoriata, ad dextram tracta, cuius in fastigio Victoriolæ uariæ adparent. Quid dicam nisi ad Pompam defuncti Aug. currum eum Circensib. seruatum. infrà. ex. S.C. Nummus hic argenteus est apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

42. Vespasianus uidetur laurea decorus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Trophæo de suorum spoliis comparato, ut cuius in radice clypei & tela posita sunt, ægra animi adsidet Judæa captiua, acerbitate casus infelicis eiulans. infrà. IVDÆA.

IVDAEA. Nummum hunc argenteum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte

3. Vespasianus effigiatur laureo serto ornatus, læuo obtutu, cum nominis commẽdatione. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M. COS. IIII.

In altera.

Victoria celeri gradu ad lævum itinerem currit, dextra lauream altè commõstrans, Aquilam insigni præfixo summo stantem coronaturæ similis, læua palmam ferens. Inscriptio. VICTORIA AVGVSTI. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

4. Vespasianus depingitur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphẽ. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M.

In altera.

Signa religionis ordine collõcata, simpulli, aspersorium, trulla, lituus. Suprà legitur. AVGVR. infrà. TRI. POT. Nummum hũc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

5. Vespasianus videtur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphẽ. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Securitatis

Securitatis Simulachrum ad pubem nudum, sedens, capiti suppositâ dextrâ, quietem ac somnum capientis instar, læua in sponda sellæ impositâ, ac innitente. Circum. pon. max. tr. p. cos. vi. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

46. Vespasianus depingitur laureatus, læuo uultu, cum nominis titulo. imp. caes. vesp. avg. p. m. cos. iiii.

In altera.

Vestæ Simulachrum sedens, obtecto capite, una manu tenens sympunium, altera in gremium ferè demissa. Circumdat. tri. pot. Nummum eum argenteum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

47. Vespasianum comperi laureo ornatum serto, cum nominis commendabili titulo. divvs avgvstvs vespasianvs.

In altera.

Capricorni duo caudis inter se innexis, globum, & clypeum sustinent, in quo legitur. s. c. Hunc nummum argenteum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte,

48. Vespasianus effigiatur laurea pulcher, facie dextra,

dextra, cum tali inscriptione. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Boues subiuges ad dextram uiam eunt, quorũ è collis per diametrum *uirga assurgit. infrà. cos. VIII. Nummum hunc argenteum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In altera.

9. Vespasianus occurrit laureatus, læuo ore, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. VESP. AVG. P.M.

In una parte.

Vesta capite obuelato sedens, prætextam sacram induta, una manu Sympulum tenens, altera in latere abdita. Simile. TRI. — POT. Nummum istum argenteum uidi aliquando apud D. Antonium Augustinum Romæ. & D. Joan. Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelic.

In una parte.

10. Vespasianus depingitur laurea decorus, læuo obtutu, cum nominis titulo. IMP. CAESAR VESPAS. AVG. COS. III. TR. P. P.P.

In altera.

Pacis effigies uenusto ore, læuo, capillo eleganter contorto, ac in collum per cincinnos dependulo, aperto ad intuentem pectore, Inscriptio. PACI ORB. TERR. AVG.

AVG. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

51. Vespasianum uideo laureatum, læuo obtutu, cum nominis titulo. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Pax ad pubem nuda sedet, una *treis claues tenens, altera caduceum. Inscriptio. cos. ITER. TR. POT. Nummum eum argenteum uidi apud D. Antonium Aug. Romæ. Hæc dea aliter ab Imp. repræsentata. In alio argento galeata. In alio tenet oliuæ ramum dextra.

In una parte.

52. Vespasianus cernitur laurea coronatus, sinistro cultu, cum nominis encomio. IMP. CAES. VESP. PONT. TR. POT.

In altera.

Neptunus nudus stat, pede dextro in rostrum nauis posito, una acrostolium ostentans, altera summam adprehendens fuscinam. Hinc inde per ambitum. NEP. RED. Nummum hunc argenteum Romæ uidi apud D. Antonium Augustinũ.

In una parte.

53. Vespasianum reperio laureatum, læuo obtutu oris, cum nominis elogio. IMP. CAES. VESP. AVG. P. M. COS. IIII.

In altera.

In altera.

Palmæ arbori à dextris adstat Imp. Victor, egregiè armatus, dextra Summam hastam habens, læua paraZonium supra genu repositum, pede læuo globum calcans, à sinistris adsidet humi Judæa captiua subtristis, facie demissa in uolam manus sinistræ, reiecta per gremiũ dextra, prope quam Scutum adparet. Nummũ eum argenteum conspicatus sum apud D. Joann. Jacob. Tuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

Vespasianus videtur laurea coronatus, læuo obtutu, cum nominis titulo. DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS.

In altera.

Columna alta, cuius in summo fastigio *urnula aurea imposita adparet: eiq; mediæ appensus clypeus. media est inter lauri ramulos, quos Imppp. post triumphos ferebant. Stimmole supra clypeum. E-X. in eo. S.C. Nummũ hunc argenteum vidi apud D. Joann. Jacobum Tuccherum Augustæ Vindelic.

In una parte.

Vespasianus conspicitur laurea coronatus, sinistra facie, cum nominis titulo. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

In altera.

Pax tunicata, patagiata, sedens, una manu oliuæ ramum tenet, altera caduceum. Inscriptio. COS. ITER. TR. POT. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

56. Vespasianus effigiatur, laurea decoratus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. IMP. CAESAR VESPAS. AVG. COS. ITERVM.

In altera.

Corona laurea cum breui monumento, trilitero nimirum medio. AVG. Hunc nummum argenteum uidi apud D. Abbatem D. Irenæi. Lugduni.

In una parte.

57. Vespasianus cernitur laurea coronatus, sinistro uultu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. VESPASIANVS AVG.

In altera.

Fortuna redux, tunicata, patagiata, una manu gubernaculi clauum tenet, altera cornucopiæ. Inscriptio. COS. ITER. FORT. RED. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Achillem Staphæum Romæ.

Vespasiani

Vespasiani Aurea.

In una parte.

1. Vespasianus effigiatur laureatus, obtuens sinistrorsum, cum nominis Epigraphe. IMP. CAES. VESP. AVG. COS. V. CENS.

In altera.

Victoria naualis, in rostro stans nauis, ad læuam uiam prospectat, dextra in sublime educta lauream tenens, læua palmam humero ferens. Inscriptio. VICTORIA AVGVSTI. Infrà. S-C. Hunc nummum aureum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

2. Vespasianus cernitur laurea candidatus, sinistro ore, cum nominis encomio. IMP. CAESAR VESPASIANVS AVG.

In altera.

Juppiter nudus omninò, ad aram sertis ornatam stat, demissa dextra patinam tenens, libando farri, læua summam hastam. Inscriptio. IOVIS CVSTOS. Nummum hunc uidi aliquando apud D. Joann. Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum. ex auro.

In una parte.

Vespasianus

2. h. iiij.

3. Vespasianus depingitur laureatus, læua facie, cum nominis encomio. DIVVS AVGVSTVS VESPASIANVS.

In altera.

Columnæ altæ imposita urna aurea, in qua Vesp. cineres seruabantur, & adsculptus clypeus. Media est inter duas lauros. Inscriptio. ad latera columnæ. E-X. in scuto. S.C. Nummum hunc aureũ uidi apud D. Ioannem Jacob. Tuccher. Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

24. Titus depingitur laurea coronatus, læuo orè; cum nominis commendatione. IMP. TITVS CAES. VESPASIAN. AVG.

In altera.

Bubes duobus ad dextram uiam euntibus superstat nudus puer. Infrà. cos. VIII. Nummum hunc argenteum uidi apud D. Achillem Maphæum. Romæ.

Titi

Titi Aurea.

538.

In una parte.

Titus effigiatur Laurea decorus, sinistra facie, cum nominis elogio. T. CAESAR VESPAS. F. PON. TR. P. COS. II.

In altera.

Victoria in globo stat, ad dextram nitens semitam, una lauream ostendit, altera palmã. Inscriptio ab duobus lateribus Deæ. VIC-AVG. Nummum hunc aureum vidi apud D. Joan. Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorũ.

In una parte.

Titus prodit Laureatus, ore sinistro, cum nominis memoria. IMP. TITVS CAES. VESPASIAN. AVG. P.M.

In altera.

Sellæ Curules duæ coniunctæ, ita collocatæ, ut fascia illa adpareat lata, elaborata, cui insidentes ad tergum innituntur. Queis Laurea supra eminet altior. Inscriptio. TR. P. IX. IMP. XV. COS. VIII. P.P. Nummũ hunc aureum vidi aliquando apud D. Joan. Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorũ

In una parte.

Titus prodit Laureatus, dextro aspectu, collo aperto, cum adscriptione. DIVVS TITVS.

In altera.

S. M.

In altera.

Sella Iouis tapete aureo, fimbriis hyſsinis ſtrata, impoſitumq; illi fulmen, conſpicitur. Inſcriptio. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Nummum hunc aureum memini me uidere aliquando apud D. Antonium Auguſtinum Romæ.

In una parte.

4. Titus cernitur laurea pulcher læua facie, cum nominis titulo. IMP. TITVS CAES. VESPASIAN. AVG. P. M.

In altera.

Trophæo ingenti, ac inſigni, (quod inter argenteos deſcriptum eſt à nobis fuſius) humi aſcidet in genu alterum procidens captiuus, retrò ligatis manibus. Inſcriptio. TR. P.. IMP.... COS. VIII. P. P. Nummum hunc aureum me uidiſſe recordor apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

5. Titus occurrit laurea candidatus, ſiniſtro ore, cum nominis epigraphe. T. CAES. VESP. AVG. P. M.

In altera.

Ara alta, columnæ inſtar, accenſo ardens igne, ſertis frondeis ornata. Sub qua dextrorſum rotatur quadriga, ita ut equorum habenæ in ſummitate aræ circumligatæ adpareant. Inſcriptio. TR. P. VIIII. IMP. XIIII. COS. VIII.

cos. VIII. P.P. Nummum aureum istum consp̃exi aliquando apud D. Joan. Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum.

In una parte.

6. Titus videtur laurea ornatus, læuo oré, cũ nominis commendatione. T. CAES. VESPASIAN. AVG. CENS.

In altera.

Juppiter in solio sedet ad pubem nudus, una tenens fulmen, altera hastam. Inscriptio. PONT. MAX. Nummum hunc aureum mé uidisse recordor apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

7. Titus videtur laureatus, læuo oré, cum nominis epigraphé. T. CAES. IMP. VESP. CENS.

In altera.

Pax dea sedet in eburnea sella, una tenens summam hastam, altera oliuæ ramum. Inscriptio. PONTIF. TRI. POT. Nummum hunc aureum conspectare mihi aliquando contigit apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

. Titus depingitur laurea coronatus, oré sinistro, cum nominis encomio. IMP. TITVS CAES. VESPASIAN. AVG. P.M.

In altera.

Sella sacra, seu Jouis, tapeté aureo strata,

cum

cum superposito fulmine. Inscriptio. tr. p. ix. imp. xv. cos. viii. p.p. Nummum hunc aureum vidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

9. Titus videtur radiatus, dextra facie, cum nominis breui epigraphe. DIVVS TITVS.

In altera.

Sellæ Iouis Aulæis tectæ Attalicis fulmen Dei est impositum. Inscriptio. IMP. CAES. TRAIAN. AVG. GER. DAC. P.P. REST. Nummū hunc aureum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

10. Titus occurrit Laurea coronatus, sinistrorsum obtuens, cum nominis commendatione. IMP. T. CAES. VESPASIAN. AVG. CENS.

In altera.

Roma in thorace sedens, sella uice substrato, galeata, tunicam castrensem induta, una in femur demissa, altera sceptrum defigens deorsum, iuxta quā gemellorum nutrix Lupa ad læuam currit. Media est inter duo signa Aquilas. infrà. cos. VI. Nummum hunc aureum vidi apud D. Joannem Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicor.

In una parte.

11. Titus videtur laurea coronatus, sinistro aspectu,

aspectu, cum nominis epigraphe. T. CAES. VESP. IMP. CENS.

In altera.

Vesta templum rotundum, tetrapilon, gradibus plurimis instratum. In eo medio Palladium cernitur. Ab eius lateribus duæ statuæ in stylobatis collocatæ, hastatæ. Suprà. VESTA. Hunc nummum aureum memini me uidisse apud D. Achillem Maphæum Romæ.

In una parte.

12. Titus effigiatur Laurea candidatus, laeuo oré, cum aperto collo, cum huiusmodi epigraphe. T. CAESAR IMP. VESPASIAN.

In altera.

Æternitas repræsentatur stolata, uelata, ara adstans accensa, apertis papillis attamen, manibus ambabus Solis Lunæq; effigies gerens. Inscriptio. AETERNITAS. Nummum eũ aureũ mihi ostendebat Francofordiæ D. Hieronymus Agninus.

Titi

Z. m. iij.

Titi Aenea Græca.

In una parte.

1. Titus effigiatus est, dextro uultu, laurea donatus, aperto pectore; eoq̃ auerso, cũ minima inscriptionis particula. ΤΙ... ..... Ante huius gulam uidentur hi characteres. ΡΛΙ.

In altera.

Cephalicam iconem damus. Facies hic impressa muliebris, elegantissima forma, sinistrorsum intuens, primum turrita corona ornata, atq̃ inauri, deinde uittata, operto pectore; cuius summa tm̃ pars uidetur. Inscriptio. ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ. .... Ob os uidetur. CA. Ad collum hincinde. ✕ – ΙΛΙ. infimo loco. Ι.....Υ. Hunc metallicum orbem uulgata magnitudine Sebastianus Crizus Venetus mihi effigiandum obtulit.

In una parte.

2. Titus commonstratur laurea insignitus, ad læuam partem intuens, cum epigraphe tali. ΑΥΤ. Τ. ΥΕΕΠ. ΚΑΙC. CEB.

In altera.

Victoria sinistra uia ingreditur, palmam sinistra in humerum immittens, dextra

altè

altè protensa lauream tanquam glorioso uictori offerens, cum adscriptis lateralibus literis talibus. ΙΔ — ΒΑCΙ. & iterum. ΤΡ — ΙΠΟΥ. Aereus hic mediæ amplitudinis nummus est apud Bilibaldum Incuriã Norimbergensem.

In una parte.

3. Titus effiguratus est, læuo obtutu, laureatus, pectore aperto, auersoq̃, cum Inscriptione. ΑΥΤΟΚΡ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Victoria, læuo pede globum supprimens, clypeum Dactylo appensum, claris gestis Titi signat. Inscriptio. ΙΟΥΔΑΙΑC CΑΛΩΡΥΛC. Hic orbis metallicus mediocris est apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

4. Titus depingitur, sinistro uultu, laureatus, loricatus, paludatusq̃, pectore aduerso. Inscriptio. ΑΥΤΟΚΡ. ΤΙΤΟC .... C. ΓΕΡΜ.

In altera.

Victoria palmigera sinistro itinere tendens, dextera coronam lauream porrigit: sub qua est stellæ signum. Inscriptio ad fœmora hincinde posita, uaria est. ΤΟ — ΚΣΒΑ. paulumq̃ inferiùs. ΥΙ — ΠΩΔ. Hic æreus nummus mediocris apud Francisc. Venierum à me uisus est Venetijs.

In una

2. m. iiij.

In una parte.

5. Titus cernitur laureatus, læua facie, cum inscriptione media. ΑΥΤ. ΚΑΙC. Ο. ΤΙΤΟΣ...

In altera.

Triumphali curru, palmata uestitus, tunica, togaq̃ picta Imp. dextra habenas quadrijugorum equorum sinistrorsum trahentium, moderans, læua sceptrum, quod summa sui parte Aquilam habet, tenens. In sinistro nummi angulo solæ sunt lr̃æ hæ. LIB. Mediocris hic æreus nummus apud D. Rinaldum Odonem Venetũ habetur.

In una parte.

6. Titi imaginem agnoui, laurea decoram, obtutu læuo, obuersoq̃ modicè dorso, cum talibus literis, in superficiem adsculptis. ΑΥΤΟΚ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Victoria ad pubem nuda, arbori palmæ appensum clypeum signat calamo scriptorio. genu eius Deæ idem clypeus innititur, ita ut eo subductiori pede humerum subter ad radicem arboris positi captiui, conculcet. Retro ligatis ille manibus præ acerbitate fortunæ uultum attollere non audet. Circumscriptio. ΙΟΥΔΑΙΑΣ. ΚΑΛΧΙΔΟΝΙΑΣ. Hunc nummum æneum uidi apud D. Georg. Kandlerũ, LL. Doctorem Norimbergæ.

In una

179

In una parte.

7. Titus habetur laureatus, læuo obtutu, aperto collo, cum nominis titulo. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Victoria clypeum Dactylo appensum, rerum in Judæa clarè ab Imp. gestarum monumento notare uidetur, pede læuo eadem globum supprimit. Inscriptio, quanquam haud integra, facto consonat. ΙΟΥΔΑΙΑΣ ΠΑΛ- ..... ΑΣ. Nummus hic æneus mediocris à me uisus est Venetijs apud P. Rames Hispanum.

In una parte.

8. Titus uidetur, sinistro uultu, laurea candidatus, pectore auerso, nudaq; cum hac adscriptione. ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙΣΑΡ. ΤΙΤΟΥ. ΣΕΒ.

In altera.

Cephalicon mulieris, sinistro obtutu, lilium præferentis, capillo uariè pexo in Syncipitè, in quadruplicem cincinnum intorto: exertis papillis, alia pectoris parte contecta. Ob huius es hæ sunt literarum notæ. V. Hic nummus æreus apud Petrum Rames Hisp. uulgatæ amplitudinis uidèri poterit Venetijs.

In una parte.

9. Titus uidetur lauream coronam capite gestans, læuo aspectu, detecto collo, cum inscriptione. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

In altera.

Copiæ cornua duo in transuersum ita inter se combinantur inferioribus sui partibus, ut medium caduceum sustentent. Inscriptio commaculata. ΕΠΙ ΒΑΑΤΡΙ. Hincinde. ΕΤ – ΚΣ. Infimo loco. Σ–C. Apud.....

In una parte.

10. Titus cernitur laurea coronatus, læuo obtutu, cum nominis elogio. ΑΥΤΟΚ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣ. ΥΕΣΠ. ΣΕΒ.

In altera.

Ædificium altum, latè patens, cuius in utroq; latere porticus tectæ conspiciuntur. Intra media pinnacula meta assurgit crassissima. Inscriptio commaculata. ΕΤΟΥC ΝΕΟΥΙΕΙΟΥΗ. Nummum hunc æreũ uidi apud Petrum Dames Hispanum Venetijs.

In una parte.

11. Titum reperi laurea coronatum, læua facie, aperto collo. Inscriptio. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ CΕΒ.

In altera

Aquila explicatis alis, euolaturæ similis, rostro in sinistram detorto partem, unguibus fulmen comprimit subiectum. Inscriptionis paucæ adhuc literæ supersunt. ΑΙ.... ΔΙ.... Apud.....

In una parte.

Titus

12. Titus occurrit laurea coronatus, sinistro uultu, cum nominis epigraphe. ΑΥΤ. Τ. ΚΑΙΣ. ΣΕΒ....

In altera.

Victoria uolitante tunica, ad læuum itiner currit, dextra lauream in sublime educens, altera palmam gerens. Hincinde circa Deæ fæmora. ΤΟ̣-ΚΣΒΑ̣ ΙΠΠΑ̣. Hunc nummum æneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

13. Titus occurrit laureatus, læuo ore, aperto collo, cum nominis epigraphe. ΑΥΤ. Κ. ΤΙΤΟΣ.....

In altera

Domitianus effigiatur pari ornatu, eôdem intuens, aperto itidem collo, cum inscriptione. ΑΥΤ. Κ. ΔΟΜΙΤ.... Nummum hunc æneum uidi Lugduni apud D. Gulielmum Caulium.

In una parte.

14. Titus uidetur laureatus, læuo obtutu, cũ nominis epigraphe. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.....

In altera.

Vespasianus effigiatur, laurea corona ornatus, dextrorsum obtuens, cum nominis titulo. ΑΥΤΟΚ. ΚΑΙ. ΣΕΒ. Ο. ΥΕΣΠ. ΛΕΝΑΤ. Nummum hunc æneum uidi apud Petrũ Rames Hispanum Venetijs.

In una

In una parte.

15. Titus uidetur laureatus, læuo obtutu, cum tali epigraphe. ΑΥΤ. ΤΙΤΟΣ ΚΑΙΣΑΡ.

In altera.

Trophæum insigne adparet, è galea, umbone, peltis, telis, hastis, tybialibusq; confectum. Cui infimo loco captiuus, retroligatis manibus adsidet, adalitumq; inferne scutum regium. Inscriptio perobscura fuit... ΕΛΠΙΔΙ ΚΥΡΙΑΣ. Nummum hunc æneum mihi commonstrauit Norimbergæ D. Georgius Kanalerus, Ll. doctor.

Titi uxores. II.

ARRICIDIA. I.

MARTIA FVRNILLA. II.,

Ex qua ei nata est. IVLIA AVGVSTA, post repudiata.

DOMIT.

DOMITIANI. Aenea. 550.

In una parte.

1. Domitianum agnoui, læuam uersus intuentem, laurea decorum, summo cuius pectore Gorgoneum est adpressum caput. Inscriptio. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. P. P.

In altera.

Triumphi umbram in signis colligo. Curru Victorijs affabrefacto, sculptoquè quadrijugorum equorum Imp. irradiatus, palmata tunica, togaq; picta amictus, dextra lauri ramum præferens, læua sceptrum Aquilatum, sinistra uia inuehitur. Post quadrigam syllaba adpressa est. CON. Subscriptio. GERM. IMP. de queis triumphum obtinere meruerit, indicat. Nummum hunc æreum magnum Romæ apud D. Achill. Maphæum uidimus.

In una parte.

2. Domitianus uidetur, dextro uultu, laureatus, aperto pectore, cum inscriptione huiuscemodi. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. CENSOR. II.

In altera.

In altera.

Concordiæ quidam typus exprimitur. Nam duo (Titus & Domitianus) Impp. armati, laureis ornati, inter signa militaria positi, mutuum alloquentes, Aquilas medio infixas sustentant, ab lateribus uerò coronas. Inscriptio talis est. PONT. MAX. TR. POT. COS. II. inferiore loco. S.C. legitur. Hunc æreum orbem magnum habet Hugo Hubertus Mutinensis Antiquarius.

In una parte.

3. Domitianus laureatus, ad sinistram respiciens depingitur, cum inscriptione huiusmodi. IMP. CAES. DOMITIANVS AVG.

In altera.

Suggestus est extructus, è quo Imp. tunicâ palmatam, ac togam pictam indutus, corona aurea coronatus, (adstante togato Tribuno ad tergum,) apud populum plebemq; loquens, dextra porrecta patera auream tenens, donarijs eosdem donat, sinistra habens scheptrum. Inscriptio planè deleta est. inferiùs uidetur. S.C. Hunc æreum nummum apud Patriarchâ Grimanum Venetum uidimus.

In una parte.

4. Domitianus delineatur, ad sinistram partem intuens, laurea decorus, cum plena Epigraphe. IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. GERM. COS. VIII. CENS. P.P. TR. P.

In altera.

In altera.

Leo dextra uia excurrit, rictu sagittam habens, cum Subscripto. S.C. Aeneus hic nummus apud Amerigium Amerigij Bononien. conspici potest.

In una parte.

5. Domitianus consicitur, laurea coronatus, læua facie, aperto collo, Speciosо ornatus titulo. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PER. P. P.

In altera.

Ludorum Secularium exemplar impressum est. Imp. togatus lyram tenet, in turba media (post quem humi lanio læuo genu flexo bouem iugulat, è populariby: alter tibiam inflat, alter cymbalum pulsat.) è cuig conspectu statua est muliebris, una patinã tenens, alter sceptrum, cum Imp. uerba habens. Inter quos, infulis obuincta est ara, accensaqs. Superscriptio. LVDOS SAECVLARES. Subscriptio. S.C. Hunc nummũ æreum magnum Ferrariæ apud Augustinum Mustum uidimus.

In una parte.

6. Domitianus habetur laureatus, læua facie, cum nominis titulo impresso. IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. P. M. COS. VIII.

In altera.

Domitia uidetur, læuo uultu, capillo crispato, ad ceruicem uittis hyacinthinis illigato,

gato, operto pectore. Inscriptio. DOMITIA AVGVSTA. Hunc æneum magnum Venetijs apud . . . . . uidimus.

In una parte.

7. Domitianus & Julia opposito ad inuicem aspectu depinguntur. Imp. laureatus, apto pectore, Julia tutulata, calamistrato capillo, inauri, moniliq; conspicua, uelato pectore. Literæ deletæ sunt.

In altera.

Attrita adeò omnia hic deprehendi, ut neq; notas rerum, neq; Epigraphen ullam tibi dare possumus. Hic nummus æreus apud Patriarcham Grimanum Venetum habetur. Sicubi aliud exemplar reperero, non omittam, adscribere in aliam æditionem.

In una parte.

8. Domitianus effigiatur, læuo obtutu, laurea decoratus, cum nota deitatis, loricæ intersigni Medusæ capite, & inscriptione. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.

In altera.

Imp. armatus, laureatus, paludatus, in dextro latere parazonium tenens, læua summam hastam, geminæ uirtutis specimen præbet suæ: audens enim animi pede dextro statuam calcat uirilem fluuiatilem, ad pubem nudam, una urnæ

innitentem

innitentem subinuersæ, altera tenentem Tiphũ herbam. Quid nisi Rhenum superatum, ac traiectum eius fluminis maximi dicam repræsentari? Hincinde. S-C. Hunc nummum æneum permagnum uidi Romæ apud D. Antonietum Romanum Antiquar.

In una parte.

9. Domitianus inspicitur laureatus, ad sinistram intuens, paludatus, ac thorace indutus, cum hac inscriptione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Templi uestibulum habemus, ternis gradibus, quatuor columnis Corinthiacis assurgens. Coronis est liliata. In foribus Domitiani statua in solio sedet eburneo, contrario ad nos aspectu, Imperatorio cultu. Imis gradibus Templo additi custodes, Hincinde positi, Mars, & Minerua, scutati, atq; hastati. À lateribus sunt duæ hæ literæ grandiusculæ. S-C. prætereà nihil. Hic nummus æreus apud Patriarcham Grimanum Venetum à me delineatus est.

In una parte.

10. Trophæum erectum, è galea, thorace, clypeis, alijs armis comparatum, cum adscriptione nominis Victoris. IMP. C. DOMIT. AVG. GERM.

In altera.

Lauri ramus ingens imprimitur, erectus etiam,

etiam, cum additis ad latera duobus characteribus. S-C. Aereum istum nummum Romæ me' aspexisse' me scio apud P. Achillem Maphæum.

In una parte'.

11. Domitianus cernitur laurea donatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe' corrosa.

In altera.

Arcus triumphalis Domitiano factus: in quo præter uiuam Imp. effigiem eius gesta in Iconicis statuis expressa essent. Summitate' in ipsa quadriga in spectatorem rotatur. In lateribus paulò demissioribus Victoriæ sunt collocatæ, & Trophæa. Cius adhuc superest magna pars Romæ. Vulgus Portugallicum uocat, aut Tripolitanum. Nummum hunc aereum magnum mihi amicus noster communstrauit Lugduni P. Gulielmus Caulius

In una parte'.

12. Domitianus uidetur laureatus, læuo aspectu, cuius in summo humero loricæ adparet pars, cum nominis cõmendatione'. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P. P.

In altera.

Trophæo egregio, ac insigni, de se compacto hinc assidet captiua Prouincia Germania, sublapso ore', tristis, male' astat

captiuus

185

captiuus retro ligatis manibus, detorta in alũnam facie, apud quem humi scuta, & alia arma adparent. Inscriptio. GERMANIA CAPTA. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum uidisse me recordor apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

13. Domitianus effigiatur laurea candidatus, læuo ore, cum nominis elogio. IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG.

In altera.

Mineruæ stratiua, seu militaris, galea armata, tunicata, patagiata, una manu telum uibrans, altera tenens ad pectus clypeum, ad læuum itiner incedit, contra hostem. Hincinde. S-C. Inscriptio. TR. P. COS. VI. DES. VII. PATER PATRIAE. Nummum hunc æneum magnum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

14. Domitianus cernitur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P.P.

In altera.

Imp. togatus, aduerso dorso, & Tribunus militum, re perfecta egregiè, peregrè rediens, dextras simul iungunt, ad accensã aram. Congratulantes mutuæ sospitati ac fælicitati fortunæ. Inter Tribunũ armatum

armatum Vexillarij alio hinc inde stant, grauibus armaturis tecti, & parmis. infrà. S.C. Nummum hunc æneum perampli uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ. Similemq; ego domi habeo.

In una parte.

15. Domitianus uidetur lauro coronatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. X.

In altera.

Victoria ad læuam uiam incedit, cito passu, Aquilam Signum læuo humero portans. Hinc inde. S-C. Nummum hunc æneū magnum uidi apud D. Antonium Augustin. Romæ.

In una parte.

16. Domitianus uidetur laurea coronatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.

In altera.

Ara Salutis deformatur. Supra infraq; SALVTI AVGVSTI. Hinc inde. S-C. Huic nummum æneum uidi apud D. Antoniū Augustinum Romæ. Similemq; ego domi habeo.

In una parte.

17. Domitianum uideo lauro coronatum, sinistro uultu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P.P.

In altera.

In altera.

Congratulationis spectaculum reperio. Dextras Imp. togatus, aduerso dorso, & armatus Tribunus, comitatus signiferis, & milite citrato, (inter quos barbarus pileatus, caligatusq; adparet, captiuus nimirum) simul iungũt, supra aram accensam. Literæ nullæ additæ, præterq; infrà. s.c. Nummum hunc æneum magnum domi ego habeo, similemq; uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

18. Domitianus depingitur, laurea donatus, ore sinistro, cum nominis commendatiõe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P.P.

In altera.

Eques Imp. armatus, paludatus, aperta manu dextra, caduceatoris specie, ad læuam equitat uiam. Sub equi ungula dextra galea adparet. infrà. s.c. Hunc nummum æneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

19. Domitianus effigiatur lauro redimitus sinistro obtutu, cum nominis elogio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Trophæum idem, ut proximè descripsimus. Inscriptio similis est. Nummum hunc æneum domi meæ habeo.

In una

In una parte.

20. Domitianus uidetur laurea pulcher, læuo aspectu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PER. P.P.

In altera.

Virtus superioribus trèbus conformis, ac similis adparet: eodem dotata titulo. Hunc nummum æneum uidere apud me domi licebit.

In una parte.

21. Domitianus uidetur laurea coronatus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P.P.

In altera.

Victoria aëa stat, sublatiore dextra cornucopiæ ostendens, altera palmam habens. Inscriptio. VICTORIA AVG. Simile. s-c. Nummum hunc æneum uidisse me recordor apud Petrum Rames Hispan. Venetijs.

In una parte.

22. Domitianus depingitur laurea coronatus, læuo aspectu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Virtutem uideo repræsentatam, superiori omninò similem. Eadem præterea

adalta

addita epigraphe. Nummum hunc æneum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

23. Domitianus depingitur laureatus, læuo ore, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN...

In altera.

Minerua stat galeata, tunicata, patagiata, una tenens fulmen, altera summam hastã, post Deam clyplei adparent. Hincinde. S-C. Inscriptio. TR. P. COS. VII. DES. VIII. P.P. Hunc nummum æneum memini me uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

4. Domitianus occurrit laureatus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. Id tamen hic obseruaui, lector candide, literas è sinistra in dextram uergere, ueluti Hebreis scribendi mos est. ΡΑΣΞΑϽ ϽΥΝΑΙΤΙΜΟΩ. In alio nummo literæ rectæ, uultus dextrorsum conuersus

In altera.

Corona laurea uidetur: in qua media duæ sunt literæ. S-C. Nummum hunc æneum ego domi habeo meæ.

In una parte.

5. Domitianus habetur laureatus, dextra facie, aperto collo, tali ornatus titulo. IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG. P.M.

In altera.

In altera.

Domitianus stat togatus, deflexo in Palladiũ uultu, quod dextra manu tenet, schædã habens sinistra. Apud quem hincinde est. s-c. Inscriptio continuata est, cũ aduersæ partis. TR. P. VII. DES. VIII. P.P. Nummum hunc æreum magnum apud D. Antonium Augustinum uidimus Romæ.

In una parte.

26. Domitianus cernitur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe, aperto collo. CAESAR AVG. F. DOMITIANVS COS. V.

In altera.

Spem reperio habitu splendido, ad dextrã incedentem, una manu lilium commonstrantem, læua attollentem inferiores uestis lacinias. Hincinde. s-c. Nummum hunc æneum sum conspicatus apud D. Gulielmum Aulium Lugduni.

In una parte.

27. Domitianus cernitur laureatus irradiatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P.M. TR. P. VIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Templum hexapilon, ornatissimum. Pro huius foribus in ara sertis ornata, accensa Imp. prætextam sacram indutus, una patinã tenens,

tenens, altera scheadam, sacrum facit solennius. Sacris praecinunt tibicen et fricen. Imo laniones Taurum mactant, ex mandato Imp. solemniorem victimam. Inscriptio. cos. XIIII. LVD. SAEC. FEC. infrà. S.C. Hunc nummum aeneum vidi Romæ apud D. Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

28. Minervæ vultus, galeata, ad lævam obtutis impressus est. Inscriptio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM.

In altera.

Corona laurea habetur: in qua media sunt duæ literæ. S.C. Nummulum hunc æneum ego domi habeo.

In una parte.

29. Domitianus effigiatur lævo obtutu, summo cuius collo loricæ pars iniecta adparet. cum nominis tali epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Eques Imp. animosus, thoracatus, paludatus, vibrato forti lacerto telo in hostem prostratum humi, renitentem, irruit cum impetu, eumq; trajicit altè. infrà. S.C. Nummum hunc æneum amplum vidi Romæ apud D. Antonietum Romanum Antiquarium

In una parte.

Domitianus

30. Domitianus uidetur Laurea candidatus, sinistro aspectu, cum nōīs commendatiōe. CAESAR AVG. F. DOMITIAN. COS. II.

In altera.

Spes Dea ad dextram uiam incedit, tunicata, patagiata, una tenens florem lilium, læua inferiores uestis lacinias subducens. Fincindē. S–C. Nummum hunc æneum uidi Romæ apud D. Antoniū Augustinum.

In una parte.

31. Domitianus uidetur laureatus, læua facie, cum nominis titulo. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P.M. TR. P. VIII. CEN. P. P.P.

In altera.

Templum hexapilum ornatissimum, cuius in tympano corona ciuica apparet, et iacentes Victoriolæ, deformatur. Cuius pro foribus prætexta sacra imbutus Imp. sacra peragit solennia, in ara accensa, sertis ornata, et uerbena sacra, patinam tenet. Ex eius opposito, præcentores constituti, tibicen, et lyricen. Inscriptio. XVIII. LVD. SAEC. FEC. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

32. Superficies circularem habet literarum seriem. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PER. P.P. In medio. S.C.

In altera.

In altera.

Carpentum Juliæ diuæ, Titi fratris filiæ elaboratissimum, tecto edito caryatidibus fulto eminens, aè ornatum, à duabus mulabus ad lævam uiam trahitur. Quod circensibus inaccendum curauit Domitianus. Inscriptio. DIVAE IVLIAE DIVI TITI F. Infrà. S. P. Q. R. Nummum hunc æneum amplum uidere apud mè poterunt studiosi.

In una parte.

33. Domitianus effigiatur laurea corona ornatus, lævo obtutu, cum nominis encomio. CAESAR AVG. F. DOMITIAN. COS. V.

In altera.

Arcus triumphalis, seu fornix ornatissimus. cuius summo fastigio seiuga media inter duo trophæa conspicitur. Inscriptionem nullam deprehendi. Nummum hunc æneum domi meæ habeo.

In una parte.

34. Domitianus uidetur laurea pulcher, lævo obtutu, cum nominis monumento. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PER. P. P.

In altera.

Equitem uideo impetuosissimè in barbarū prostratum ingruere, egregiè armatum, Imp. nullum veniæ locum facientem, ut qui

ut qui telum in iacentem eiaculetur fortissimè. infrà. S.C. Nummum hunc æneum magnum vidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

35 Domitianus occurrit Laurea donatus, lævo aspectu, cum nominis memoria. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Victoria ad pubem nuda, inclinatiori corpore, clypeum trophæo ingenti affixum, rerum memorabili elogio exarat. DE GER. pede lævo galeam conculcans. Sub cornu in terra humilis desidet, mentis impos Provincia captiva, sublapso vultu, oculos in cælum efferre nequiens, ob dolorum acerbitatem. Simile. S-C. Hunc nummum æneum aplum vidi apud...

In una parte.

36. Domitianus cernitur Laurea insignis, sinistrorsum obtuens. cuius in summo pectore lorica adparet particula, cum nominis encomio. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.

In altera.

Templum Minervæ stratiuæ, cum eiusdem numinis simulachro, laterali ad nos situ expressa. Huius ante fores in accensa

ara

ara, sertis ornata, Imp. prætextatus, uelato capite, sacra facit, una tenens patinã, altera schædam. Hincinde. s-c. Nũmum hunc æneum magnum, uenustum adhuc domi meæ seruo.

In una parte.

37. Domitianus cernitur laureatus, sinistra facie, conuerso modice dorso, cum nominis titulo. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Templum illud idem, quod proximè delineatum est. Eadem Dea, Ara, uittæ, ignis. Imp. sacrificus. Hincinde. s-c. Nummum hunc item nos domi seruamus.

In una parte.

38. Domitianus uidetur laurea donatus, sinistro ore, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG. P.M.

In altera.

Pallas stratiua, galeam capite gerens, succincta deinde, dextra manu telum attollens, læua tenens scutum, ad læuam uiam procurrit. Hincinde. s-c. Inscriptio. TR. P. COS. VIII. DES. VIIII. P.P. Hunc nummum æneum ego habeo domi.

In una parte.

39. Domitianus cernitur laurea decorus, læuo ore, cum nominis titulo. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVI. CENS. PER. P.P.

In altera.

In altera.

Imperatorem armatum, paludatum, Ioui parem, una fulmen, quod in hostem iaculari destinaret, tenentem, altera hastam, propè sequens Victoria laurea donat, læua ipsa Dea palmam gerens. infrà. S.C. Nummum hunc æneum amplum uidere apud me liceat studiosis.

In una parte:

40. Domitianus occurrit laureatus, sinistra facie, cum nominis elogio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P.M. TR. P. VIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Templum altissimis columnis fultum, & gradibus plurimis, cum fastigio triangulo. In cuius area à dextris Imp. togatus altera schedam habens, dextro indice exerto, nescio quid indicans. In parte læua, subter gradibus templi uenerantiũ ceu numen Imp. (qui Deum se faceret) & adorantium, in genua procidentium, expansis manibus turba popularis cernitur. Inscriptio. COS. XIIII. LVD. SAEC. FEC. infrà. S.C. Supplicationes Romæ fieri solitas (si quid turbulenti, periculosiq; Romanis accideret) repræsentari putem. Nummum hunc æneum magnum, rariq; uidi Romæ apud D. Antonietum Roman. Antiquarium.

In una

In una parte.

41. Domitianus uidetur laureatus, læua facie, cum nominis circumscriptione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Arcus triumphalis, quamplurimis columnis sublimibus fultus, Domitiano factus. In cuius summitate Quadriga sunt, in leuam, dextramq; partes, quatuor singulæ Elephantis tractæ, cum suo quaq; triumphatore conspiciuntur. Hinc inde. S-C. Nummū hunc æneum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

42. Domitianus uidetur laurea coronatus, sinistro obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. TR. P. VIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Suggestus quadrangularis, proximè porticum, seu Pallatium constructus. Quo Imp. corona aurea pulcher, aì trabeatus, populum beneficijs suis deuincit: nam accedentem ad se plebeiam mulierem, unà cum puella, togatas ambas, muneris portione beat. In latere Suggesti testimonium est rei gestæ. SVF. P. D. Inscriptio. COS. XIIII. LVD. SAE. infrà. S.C. Ad pedes hinc inde Imp. cistellæ duæ conspiciuntur,

annona

annona plena. Nummum hunc aeneum magnum domi meæ seruo satis elegantem.

In una parte.

43. Domitianus uidetur laurea decoratus, sinistrorsum intuens, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P.P.

In altera.

Pax dea tunicata, patagiata, dextra facem ardentem in armorum congeriem humi aggestorum immittit, ac in cineres ea conuertit, læua tenens cornucopiæ. Inscriptio. PACI AVGVST. infrà. S.C. Nummum eu aeneum amplum uidi aliquando apud Antonietum Romanum Antiquarium.

In una parte.

44. Domitianus uidetur laurea decorus, sinistrorsum obtuens, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P.M. TR. P. VIII. P.P.

In altera.

Victor animosus Imp. thoracatus, paludatus, una manu tenens parazonium, altera summam hastam, pede dextro statuam fluuiatilem calcat. Rhenum ab eo & milite superatum uel traiectum effigurari reor. Exincude. S-C. Hunc nummum aeneum magnum uidi apud Antonietum Romanum Antiquarium

In una

In una parte.

45. Domitianus uidetur radiatus, sinistrorsum obtuens, cuius in pectore summo loricæ pars adparet, cum nominis encomio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS.

In altera.

Trophæum Germanicum. Scuta, telum, uexillum, bipennis, tubæ, cornua & alia id genus in transuersum inter se posita conspiciuntur. Hincinde. s-c. Nūmum hunc æneum uidere apud me domi licebit studiosis.

In una parte.

46. Domitianus effigiatur irradiatus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. POT. P.P.

In altera.

Victoria Trophæum construit, è spolijs Germanorum, dextra in id admota, læua tenet palmæ ramulum. Inscriptio. VICTORIAE AVGVSTI. Hincinde. s-c. Nūmus hunc æneum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ. Similemq; ego domi habeo.

In una parte.

47. Domitianus depingitur laureatus, sinistra facie, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P.P.

In altera.

In altera.

Prouincia supplex Germania in genua procidens, nuda, nisi quòd uelamento tenuissiõ muliebria cælet, armis traditis se dedit, pacemq̃ poscit Imperatorem, cetramq̃ insigniorem illi adfert. Stat ille armatus, paludatus, parazonio cinctus, admota ad pectus dextra, non renuere se petita exequi asseuerans, læua tenens hastam. Hincinde. s-c. Nummum hunc æneum magnum domi meæ habeo.

In una parte.

48. Domitianus effigiatur laureatus, læuo obtutu, cum nominis inscriptione. IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG. P. M.

In altera.

Minerua tunicata, patagiata, galeam capite gestans, una summam hastam tenens, altera in latus abdita. Hincinde. s-c. Inscriptio. TR. P. COS. VIII. DES. VIIII. P. P. Nummum hunc æneum magnum uidi apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

49. Domitianus occurrit læuo uultu, laurea candidatus, cum nominis encomio. IMP. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG. P. M.

In altera.

Minerua galeata stat, tunicata, patagiata, una

193

una manu summam hastam adprehendens, altera lateri adpressa. Inscriptio. TR. P. COS. VII. DES. VIII. P. P. Hincinde. S-C. Hunc nummum æneum memini uidisse apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

50. Domitianus uidetur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P. P.

In altera.

Eques Imp. probè armatus, retrouolitante paludamento, in hostem irruit humi iacentem, quem uibrato altè spiculo manu dextra confossurus adparet, infrà. S. C. Nummum hunc æneum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

51. Domitianus eodem decore capite, eodem intentis oculis, cum inscriptione parum differente. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVI. CENS. PER. P. P.

In altera.

Jouem reperio persimilem superiori proxio. Literas easdem, circum, infràq. Nummum hunc æneum amplum uidere licet apud D. Antonium Augustinum Romæ.

In una parte.

52. Domitianus cernitur laurea decorus, læuo ore, cum nominis commendatione.

IMP.

IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Gryphus humi sedet, læuo pedè rotam tenens. Supra animal litera adparet. I. Ante pectus. V. Nummum hunc æneum magnum apud D. Antonietum Romanū Antiquarium memini mè uidisse Romæ.

In una parte.

53 Domitianus consbicitur laurea coronatus, læuo aspectu, cum nominis epigraphe: IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PER. P.P.

In altera.

Iuppiter Victor, ad pubem nudus, in sella sacra sedens, ad dextram intentus, scabello pedibus fulcitus, dextra Victoriolā porrigit, una lauream, altera palmam habens. Inscriptio. IOVI VICTORI. infrà. S.C. Nummum hunc æneum amplū uidere licet domi meæ.

In una parte.

54. Domitianus uidetur laurea pulcher, læuo ore, cum nominis elogio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Iouis idem simulachrum, litera similes, omnia denique eadem cum proximis. Nummum hunc æneum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una

In una parte.

55. Domitianus conspicitur laureatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P. P.

In altera.

Suggestus modicè eductus è solo. In quo stant Imp. unà cum Tribuno, togati ambo. Imp. dextra latè porrecta, apud milites in concione conuocatos, Vexillarios, habet uerba. infrà. ADLOCVT. COH. Nummū hunc aneum magnum satis, apud me licet conspicarī.

In una parte.

56. Domitianum uideo irradiatum, sinistro uultu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P. P.

In altera.

Fortuna eadem, quæ proximè depicta ē. cum simillimis literis. Nummum hunc aneum habet Romæ D. Antonius Augustinus.

In una parte.

57. Domitianus cernitur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIII. CENS. PER. P. P.

In altera.

Fortuna simulachrum stans reperitur,

una manu tenens clauum gubernaculi, altera Cornucopiæ. Æmiliæ. s-c. Inscriptio. FORTVNAE AVGVSTI. Nummum hunc æneum magnum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

58. Domitianus cernitur laureatus, læua facie, diuinitatis eodem intersigni spectabilis, quo suprà, cum epigraphe copiosiore. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Eques cataphractus, paludamento uolitante, stricto parazonio, læuo brachio, scutum gestans, in barbarum humi iacentem insilit. infrà. s.c. Nummum hùc æneum magnum uidi Romæ apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

59. Domitianus depingitur laureatus, læuo aspectu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Annona dea in eburnea sella sedens, stolam induta, una uirgam tenet: altera uelicti sertum ad nauim obuersiens onerariam: ante quam puer adparet, corona lemniscum tenens. Inscriptio. ANNONA AVG. infrà.

infrà. s.c. Nummum hunc æneum magnum domi sum conspicatus apud Julium Romanum Mantuæ.

In una parte.

60 Domitianus conspicitur laurea coronatus, læuo obtutu, cum nominis commendatione. CAES. AVG. DIVI VESP. F. DOMITIAN. AVG. COS. XI.

In altera.

Pax tutulata, tunicata, patagiata, una manu oliuæ ramum deorsum demittens, læua Cornucopiæ. Hincinde. s—c. Inscriptio. PAX AVGVST. Nummum hunc æneum uidi apud D. Joann. Jacobum Fuccherum Augustæ Vindelicorum, satis magnum.

In una parte.

61 Domitianus uidetur laureatus, læuo ore, cum nominis encomio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P.P.

In altera.

Annona & Ceres deæ conspiciuntur, tunicatæ, patagiatæ. Hæc in læua parte sedens in eburnea sella, læua tenens facem ardentem. Illa stans, dextra in latere adpressa, altera Cornucopiæ tenens, uni scabello ambæ pedes imponentes, ambæ congium, medio inter utramq; loco constitutum, implentes,

una

una Cornu effundens, altera spicas immittens. Nauis præterea inter utrasq; apparet. Inscriptio. ANNONA AVGVSTI. Infrà. S. C. Nummum hunc æneū magnum memini me uidisse apud D. Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

62. Superficiale monumentum in circulum redactarum literarum uideo. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVI. CENS. PER. P. P.

In altera.

Carpentum idem, quod proximè descripsimus. cum eodem literarum monumẽto, & mulabris. Nummum hunc æneum magnum domi meæ habeo, inter meas Antiquitates.

In una parte.

63. Domitianus uidetur laureatus, læuo aspectu, cum nominis commendatiõe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI.

In altera

Cornucopiæ erectum est in medio. Simile. &c. Nummum hunc æneum uidi aliquando apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

64. Domitianus uidetur laureatus, læuo ore, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P. P.

In altera.

186

In altera.

Balsami frutex, quod ex Judaica Victoria primus Romam aduexit Titus, & ex capta Hierosolyma, deformatur. Hincinde. s-c. Inscriptionis literæ aliquot adparent . . . . . VRGENI. Nummum hunc æneũ uidi apud Julium Romanum Mantuæ.

In una parte.

55. Domitianus uidetur laurea coronatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. . . .

In altera.

Bouem subiugum Agricola togatus, ad dextram uiam ducit. Literæ nullæ adparent. Nummum eum æneum memini me uidisse apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte

5. Domitianus cernitur laurea coronatus, læua facie, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. P. M. TR. P. XIIII.

In altera.

Palma arbor delineata est. Victoriæ testis. Hincinde. s-c. Inscriptio. IMP. XXI. COS. XVI. CENS. P. P.P. Nummum hunc æneum uidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs.

In una parte.

7. Domitianus occurrit laureatus, læuo ore, cum

cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. . . . . .

In altera.

Leo ad dextrum itinet currit. Inscriptio. IMP. . . . TORI. Infrà. S.C. Nummum hunc æneum vidi apud Petrum Rames Hispanum Venetijs, magnum.

In una parte.

68. Domitianus per omnia, proxima similis est: & litera conueniunt ferè. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XVI. CENS. PER. P.P.

In altera.

Moneta signum ialem, seu Æquitas eodem mo delineata, quo suprà: & cum iisdem literis. Nummum eum æneum habet Romæ Dns Antonius Augustinus.

In una parte.

69. Domitianus eodem ornatu, quo suprà, & eodem aspectu. Inscriptio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Moneta Dea, seu Æquitatis simulachrum, superiori persimile. Nummum hunc æneum magnum vidi Romæ apud Antiquitates D. Antonij Augustini.

In una parte.

70. Domitianus cernitur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P.P. (In alio, radiatus)

In altera.

In altera.

Fortuna tunicata, patagiata, stans, una clauum regit, altera Cornucopiæ tenet. Inscriptio. FORTVNAE AVGVSTI. Hincinde. S-C. Nummum hunc æneum magnũ uidi Romæ apud D. Anton. Augustin.

In una parte.

1. Domitianus uidetur laureatus, sinistro aspectu, cum nominis titulo. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XIII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Fortuna pari modo repræsentata, literæq; omnes eædem. Nummum eum æneum apud eundem licet intueri Mantuæ.

In una parte.

2. Domitianus pari ornatu, uidetur, eôdem aspiciens. Sed differt. Inscriptio. IMP. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PER. P.P.

In altera.

Nullibi differt à superioribus duobus. Quinimò idem ille benignè ostendet æneũ illum nummum Romæ.

In una parte.

3. Domitianus occurrit laurea coronatus, sinistro uultu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XII. CENS. PER. P.P.

In altera.

Vesta Dea, in sella sedens eburnea, sacrã prætextam

prætextam induta, dextra Palladium tenet, læua hastile. Hincinde. S-C. infrà. VESTA. Nummum hunc æneum uidi aliquando apud . . . . . .

In una parte.

74. Domitius exprimitur, galea cristata tectus, sinistra facie, cum inscriptione. IMP. DOM. AVG.

In altera.

Claudius ac Antonia conspiciuntur, ille laureatus, hæc uelata, ac tutulata: oppositis autem sunt inter se uultibus. Inscriptio planè perijt. Hunc æreum nummulũ apud Aeneam Vicum Parmen. uidimus Venetijs.

In una parte.

75. Domitianus cernitur laureatus, læua facie, cum nominis plæna adscriptione. IMP. CAES. DOMITIANVS AVG. GERM. P. M. TR. P. V. CEN.

In altera

Juppiter nudus, fulminator, hastatus, columnæ altæ superstat, quæ stylobatæ quadrangulæ infulis reuinctæ insistit. Inscriptionis pars maior interijt. COL.. ... NS. Hunc nummum æneum mediocrem apud D. Julium Calestanũ Romæ conspeximus

In una parte.

76. Domitianus depingitur facie læua, laureatus, cum nominis sui inscriptione. IMP. CAES. DOM. AVG. GERM. P.P.

In altera.

In altera.

Par boum dextrorsum arant, aratri stiuã dextra Imp. togatus tenet, sinistra labarũ. Inscriptio. COLAA PATRENS. Nummum istum æneum mediocrem Aeneas Vicus Parmen̄. nobis delineandum dedit Venetijs.

In una parte.

77. Domitia~~nus~~ depingitur, dextrorsum intuens, capillo partim passo, partim contorto ad synciput uittis illigato hyacinthinis, uelato pectore, cum inscriptione huiusmodi. DOMITIA AVG. DOMITIANI IMP.

In altera.

Pauo, nota auis, impressa est, sublato collo sinistrorsum pergens, cum tali annotatiõe literarum. CONCORDIA AVGVST. Hunc æreum nummum habet mediocri amplitudine. - - - - - - - - - - - - - - -

In una parte.

8. Domitianus laureatus ad sinistrã inspiciẽs, depingitur, cum tali adscriptione. CAESAR AVG. F. DOMITIANVS COS. DES. II.

In altera.

Templum Vestæ sphæricum, columnis quatuor obfulcitum. Vbi est & Deæ simulachrum uittatæ, stolatæq3, stantis, dextera pateram, sinistra hastam habentis. cum inscriptione hac laterali. VES-TA.

& paulò

& paulò infrà. s-c. Apud Patriarchiam Grimanum Venetum hic nummus ereg uidetur mediocri amplitudine.

In una parte.

79. Domitianus depingitur Laureatus, sinistrorsù, aperto collo: cum plena epigraphe. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.

In altera.

Templum Salutis tetrapylon, ternis assurgit gradibus: cuius coronidem situi terni hincinde assculpti ornant. Inscriptio. SALVS AVGVSTI. inferiùs. s.c. Nummum hunc aneum mediocri amplitudine ego commonstrabo.

In una parte.

80. Domitianus cernitur laurea coronatus, sinistro uultu, cum nominis epigraphe. CAESAR DIVI AVG. F. DOMITIANVS COS. VII.

In altera.

Victoria cito passu ad leuam uiam tendit, una manu lauream tenens, altera palmam. Hincinde. s-c. Inscriptio. VICTORIA AVGVST. Nummum hunc aneu mediocrem domi meæ habeo.

In una parte.

81. Domitianus uidetur laureatus, lauo obtutu, cum nominis encomio. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.

In altera.

Iuppiter

Iuppiter nudus, synadone tantum tenuissima genitalia celans, una tenet manu fulmen, altera summam hastam. Simcinde. s-c. Inscriptio. IOVI CONSERVAT. Hunc nummum aneum mediocrem meas inter Antiquitates seruo.

In una parte.

82. Domitianus videtur irradiatus, laeuo obtutu, cum nominis commendatione. CAESAR AVG. F. DOMIT. . . . . .

In altera.

Securitas repræsentata, una manu tenet patinam, altera sceptrum, innitens laeuo cubito in columnam, tunicam, ac patagium indicta, Simcinde. s-c. Inscriptio. SECVRIT. AVGVSTI. Nummum hunc aneum mediocrem domi meæ habeo.

In una parte.

83. Domitianus videtur laureatus, laeuo ore, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. X.

In altera.

Ara Salutis deformatur. Inscriptio. SALVTI AVGVST. ab utroqs latere. infra. S.C. Nummum hunc aneum mediocrem domi meæ habeo.

In una parte.

84. Domitianus conspicitur laureatus, laeuo obtutu oris, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERMANICVS.

In altera.

In altera.

Minerua militaris, ad uiam læuam intetior, galeata, tunicata, una sublæuans telum, altera clypeum ante pectus tenens, media stat inter Trophæum è Germanicis collectum spolijs, & palmæ ramuliem. Ante Deam serpens repit Erechtonius. Inscriptio nulla adalita. Nummum hunc æneum mediocrem aliquando sæ conspicatus apud Petrum Rames Bibl. Venetijs.

In una parte.

85. Domitianus cernitur irradiatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. CENS. PER. P. P.

In altera.

Templum hexapilon, ornatissimum. Ante id in area, ad aram sertis ornatam. Imp. sacra prætexta indutus, stat, ac sacrum facit, dextra patinam tenet, læua schædam. Apud Imp. constituti sacrorum præcentores, tibicen, & lyricen. Sub Pompa Tiberis simulachrum in solo positum uidetur, dextra tenens cornucopiæ, altera innitens urnæ. Inscriptio. cos. XIIII. LVD. SAEC. FEC. infrà. S.C. Hunc nummum æneum mediocrem domi meæ habeo.

In una

In una parte.

86. Domitianus cernitur laurea canaliculatus, dextro obtutu, cum nominis epigraphe. CAES. DIVI VESP. F. AVG. DOMITIAN. COS....

In altera.

Concordia Dea, tunicata, patagiata, in sella sedens eburnea, una manu patinam tenet, altera Cornucopiæ. Inscriptio. CONCORDIA AVG. infrà. S.C. Nummum hunc æneum mediocrem meas inter Antiquitates servo.

In una parte.

87. Domitianus videtur laureatus, dextra facie, cum nominis epigraphe. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIANVS COS. VII.

In altera.

Minerua tunicata, patagiata, galeam capite gestans, una manu fulmen tenens, altera summam hastam. Retro Deam clypeus ingens adparet. Fincimale. S-C. Nummum hunc æneum mediocrem domi ego habeo.

In una parte.

88. Domitianus cernitur laureatus, laua facie, cum nominis commendatione. CAES. DIVI VESP. F. DOMITIANVS COS. VIII.

In altera.

Ceres Dea stolata stat, una manu spicas, ac papaver tenens, altera summa hastam. Fincimale. S-C. Inscriptio. CERES AVGVST. Nummum hunc æneum mediocre vidi apud...

In una

In una parte.

89. Domitianus cernitur laureatus, sinistrorè, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. DIVI VESP. F. P.M. TR. POT. XIII.

In altera.

Victoria ad dextram decurrit uiam, una tenens lauream coronam, altera Tropheum gerens. Inscriptio. IMP. XXII. COS. XVI. CENS. P. P. P. Nummum hunc aneum mediocrem memini me uidisse apud Petrum Rames Hispan. Venetijs.

In una parte.

90. Domitianus uidetur laureatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. P. M. TR. P. VIII. CENS. PER. P. P.

In altera.

Templi pro foribus ad aram accensam Imp. prætextatus stat, una manu patinam tenens sacram, altera scheadam. Huius ex opposito præcentores constituti, tibicen, & cytharœdus. Inscriptio. cos. XIII. LVD. SAEC. FEC. infrà. S. C. Hunc nummum aneum mediocrem domi mea habeo.

In una parte.

91. Domitianus uidetur læua facie, irradiatus, cum nominis epigraphe. IMP. CAES. DOMITIAN. AVG. GERM. COS. XI.

In altera.

Trophæo

Trophæo ingenti, è multis suis armis comparato, assident hinc uir retroligatis manibus, inde Prouincia ipsa Germania captiui, mæstissimi, animorum passiones spectatori indicantes, sublapsis oribus. Hincinde. S-C. Nummum hunc æneũ mediocrem uidi apud. . . . . .

In una parte.

92. Domitianus depingitur lauro ornatus, togatus, læuo obtutu, cum nominis epigraphe. CAESAR AVG. F. DOMITIAN. COS. II.

In altera

Eques togatus, aperta manu dextra, latè prætensa, læua tenens hastam auream, ad dextram uiam procurrit. Inscriptio. PRINCIPI IVVENT. infrà. S.C. Nummũ hunc æreum mediocrem apud me uideo.

In una parte.

93. Domitianus cernitur laurea decorus, oris sinistro obtutu, cum nominis elogio. CAESAR AVG. F. DOMITIAN. COS. III.

In altera.

Pax, seu fœlicitas stat tunicata, patagiata, una manu ostentans caduceum, altera habens cornucopiæ. Hincinde. S-C. Inscriptio. FELICITAS AVGVST. In alio. PVBLICA. Nummum hunc æneum mediocrem uidi apud D. Antoniũ Augustin. Romæ.

In una.

In una parte.

94. Domitianus videtur laurea decorus, sinistro ore, cum nominis encomio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P.P.

In altera.

Mars galeatus, ad lævum iter currit ocissimè, una manu telum librans, altera Tropheum gestans. Simile. s-c. Ex humero lævo Dei strophium latius diffluit. Nummum hunc æneum mediocrem domi meæ habeo.

In una parte.

95. Domitianus videtur laureatus, lævo obtutu, cum nominis commendatione. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XV. CENS. PER. P.P.

In altera.

Moneta, seu Æquitas Dea stat tunicata, pateiata, una manu tenens libripendem, altera Cornucopiæ. Simile. s-c. Inscriptio. MONETA AVGVSTI. Numum hunc æneum mediocrem ego domi sum commonstraturus.

In una parte.

96. Domitianus depingitur laurea coronatus, lævo aspectu, cum nois encomio. IMP. CAES. DOMIT. AVG. GERM. COS. XI. CENS. PER. P.P.

In altera.

In altera.

Virtus stat stolata, exerta papilla dextra, una manu tenens summam hastam, altera parazonium, galeam capite gestãs, lævo pede alteram calcans. Inscriptio. VIRTVTI. AVGVSTI. Hincinde. S-C. Nummum hunc æneum mediocrem domi meæ licebit conspicari

In una parte.

